Ariminensis perfidiæ dolos damnat. *cod.* 241. Arrianæ perfidiæ dolum damnat. *Alii omnes*, Arrianensis perfidiæ dolum damnat.

Et sibi specialiter Julianus. *mss. omnes*, & cum sibi.

Ut Christianos doceret. *cod.* 241. ut Christianus doceret.

Ecclesia secundo Antiochia clausa. *in codd. omnibus* secundo *deest*.

Conto ilia perfossus. *cod.* 242. Conto ita perfossus.

Anno ætatis XL. *cod.* 241. XXXII. *ita & cod.* 245. *codd. vero* 242. *&* 243. XXXI. *Et addunt mss. omnes*. Post quem sequenti die Jovianus ex primicerio Domesticorum Imperator factus est.
D
P. 186. In qua Homoüsio Anomœoque rejecto. *codd.* 242. 243. *&* 245. In qua Omousion Anhomousionque rejecto.

Jovianus ..... anno ætatis XXXIII. *mss. omnes*, anno ætatis XXXIV.

Valens annis XIII. mensibus quinque. *cod.* 241. annis XIV. mens. V.

Et Siciliæ multarumque urbium innumerabiles. *codd. omnes*, multarumque Insularum urbes, innumerabilesque populos oppressere.

Intervallum Ursinus a quibusdam. *cod.* 241. Intervallum Ursicinus a quibusdam.
E
Maximus Præfectus annonæ. *mss. omnes*, Maximinus Præfectus annonæ.

Plurimos Romæ nobilium occidit. *in codd. omnibus*, Romæ *deest*.

Valentinianus in Britannia antiquam. *codd. omnes*, Valentinus.

P. 187. Presbyter Sirmii nequissime. *codd. omnes*, Presbyter Syrinus nequissime.

Prodere noluisset. *codd. addunt*, Lex datur nobilitate deleta ut quique quarto gradui jungatur. *al.* ut quintus quarto gradui jungatur.

Alexandriæ ordinatur Episcopus Petrus, qui .... affabilis. *mss. omnes*, Alexandriæ XX^us. ordinatur Petrus, qui ..... facilis.

Et Marcelli quondam Consulis. *mss. omnes*, & Marcellini quondam.

Theodulus miserabilis Presbyter ... in mediis precibus eliditur. *Hæc desunt in mss. omnibus.*

Apollinarius Laodicensis ..... Concilio damnavit. *Hæc etiam desunt in mss. omnibus.*

Nitriæ per Tribunos & milites. *cod.* 241. Nitriæ herionæ (*sic*) Ægyptiorum per Tribunos & milites.

Valens legem dedit ut Monachi militarent. *mss. codd. addunt*, nolentes fustibus jussit occidi.

Photinianorum dogma inductum. *codices omnes addunt*, qui (*Photinus*) multa continentiæ & ingenii bona uno superbiæ malo perdidit. *al.* dedecoravit.

P. 188. Sera pœnitentia nostros de exiliis revocat. *codd.* 241. 242. *&* 245. patientia. *cod.* 243. Sera præsentia nostros de exiliis.

Sub Augustis & Cæsaribus an. CCCCXXIV. *cod.* 241. ann. CCCCXXVII. Addit autem *cod.* 241. ea quæ sequuntur. Colliguntur omnes anni usque in consulatum Valentis VI. & Valentiniani iterum Augusti. A XV. Tiberii anno & prædicatione Domini nostri Jesu Christi anni CCCLI. Ab II°. ann. Darii Regis Persarum, quo tempore templum Jerosolymis instauratum est anni DCCCXCIX. Ab Olympiade I^a. qua ætate Esaias apud Hebræos prophetabat anni MCLV. A Salomone & prima ædificatione templi anni MCCCCXI. A captivitate Troiæ, quo tempore Samson apud Hebræos erat anni MDLXI. A Moyse & Cecrope primo Rege Atticæ anni MDCCCCXC. Ab Abraham & Regno Nini & Semiramidis anno MMCCCXCV. Continet omnis Canon ab Abraham usque ad tempus suprascriptum annos MMCCCXCV. A diluvio autem usque ad Abraham supputantur anni DCCCCXLII. Ab Adam usque ad diluvium an. bis MCCLII. Fiunt ab Adam usque ad XIV. Valentis annum primum usque ad Consulatum ejus VI. & Valentiniani iterum omnes anni quinquies MDLXXIX. Huc usque Hieronymus Presbyter.

Ausonio & Olibrio *coss. mss. omnes*, Musonio & Olibrio *coss.*

Sic in Schedis. Theodosius summa felicitate, &c. *Desunt in mss. omnibus & hæc verba*, eadem tempestate. *Item*, scribit Ambrosius, &c. *Item*, Theodosius cum Thessalonicæ, *hæc desunt quoque in omnibus mss.*

Siagrio & Eucherio. *codd. omnes*, Evagrio & Eleutherio.

Gregorius Nazianzenus .... obiit. *Hæc desunt in mss. codd.*

Petronius Bononiensis ep. .... moritur. *Hæc etiam desunt in mss. codd.*

Recimere & Clearcho. *codd.* 241. & 242. Nicomede. *codd.* 243. & 245. Rechomede. A

Sericus præfuit ann. XVI. *codd.* 242. & 243. annis XV.

P. 189. Theodosio II. & Cynegio. *codd.* 242. & 243. Theodosio III. & Cynegio.

Episcopi ad necem Priscilliani. *mss. omnes*, ob necem.

Longobardi eorum Ducibus ..... regnavit ann. XXXIII. *Hæc desunt in mss. codd.*

In cœlo quasi columna. *cod.* 241. Columba. *Hæc vero desunt in aliis codd.*

Theodosius venerabile Jo. Baptistæ caput. &c. *Hæc desunt in mss. codd.*

Titiano & Symmacho, &c. *Desunt in mss. codd.* 242. 243. & 245.

Cujus exitu gravabatur. *mss. omnes*, exercitu.

Theodosio III. & Abundantio. *cod.* 242. & *sic deinceps.*

P. 190. Claudianus Poëta insignis moritur. *codd. omnes*, Claudianus Poëta insignis innotuit.

Orosius Hispanus Presbyter, &c. *Hæc desunt in mss. codd.*

Anastasius annis IIII. diebus XXII. *mss. omnes*, annis III.

Vincentio & Fravita, *mss. omnes*, Vincentio & Fabricio. Johannes, &c.

Innocentius ..... diebus XXI. *mss. omnes*, diebus XXII.

P. 191. Honorio VII. & Theodosio II. *cod.* 242. Honorio VI.

Honorius .... ann. XV. *mss. omnes*, annis XVI.

Attalus .... privatus regno Gothis cohæsit. *cod.* 242. Gothis cessit.

Roma orbis quondam victrix, &c. *Hæc desunt in mss. codd. omnibus.*

Eo quod modestia humilitasque hominis, affectati, &c. *codd.* 241. 242. & 245. Eo quod modestia humilitatis, affectati imperii invidiam non merebatur.

Jovinus & ..... regno abrepto perempti. *cod.* 241. Regno accepto perempti.

P. 192. Quem Liparæ vivere jussit. *mss. omnes addunt*, exulem.

Data ei ad habitandum secunda Aquitanica. *in mss. codd.* secunda *deest.*

P. 193. Cœlestinus .... diebus XVII. *cod.* 241. diebus XVIII.

Longobardorum II. regnavit, &c. *Hæc desunt in mss. codd.*

Conveniente, ut putabatur, *mss. omnes*, conjubente.

Theodosius ann. XXX. *cod.* 245. annis XXII. & ultra.

Joannes sine conniventia ipsius, regnum. *mss. omnes*, sine comitiva ipsius.

A tribuno quodam Barnabo. *mss. omnes*, barbaro.

Qui ad Italiam venire abnuerat. *mss. omnes*, annuerat.

P. 194. Florentio & Dionysio. *mss. omnes*, Florentino & Dionysio.

Ecclesias Brastaniæ dogmatis sui. *codd.* 241. & 422. Britanniæ.

Totius orbis pace & consensione. *cod.* 241. orbis pace & confessione.

Ad Italiam per urbem venit. *cod.* 241. ad Italiam pervenit in urbem.

Aëtius interpellatæ potestatis. *cod.* 241. interpolatæ potestatis.

Johannes Monachus cognomento Cassianus, &c. *Hæc desunt in mss. codd.*

Per Trigetium in loco Africæ. *cod.* 241. per triennium in loco Africæ portione Hippone.

P. 195. In Africa Gensericus Rex Vandalorum. *in codd. omnibus*, in Africa deest.

Piraticam barbari fœderatorum, &c. *codd. omnes*, piraticum barbarorum fœderatorum desertores. B

Quum a professione Catholicæ Fidei. *mss. omnes*, cum a professione & amore Catholicæ Fidei.

Theodosio XVII. & Fausto. *mss. omnes*, Theodosio XVI. & Festo.

Julianus Heclanensis jactantissimus. *cod.* 241. Atanensis. *Alii*, Aclanensis.

Humilius, quam antea poposcissent. *codd. omnes*, humilius quam unquam antea poposcissent.

P. 196. Patientia præsentiam Diaconi Leonis. *mss. omnes*, patientia adventum Diaconi Leonis expectans.

Amicitiæ redintegrandæ Galliæ detinebant. *cod.* 241. amicitiæ redintegrandæ gratia, Galliæ retinebant.

Ad Africam transit: tum celeriter. *cod.* 241. ad Africam transituro celeriter. C

Ariobindo & Ansila, atque Germano. *cod.* 241. Ariobinda & Anaxilia atque Germano. *cod.* 243. Ariobinda atque Ansilia.

Siciliæ magis oneri, quam præsidio fuere. *mss. omnes*, Siciliæ magis, quam Africæ, præsidio fuere.

Valentiniano VI. & Nonio Cons. *mss. omnes*, Valentiano & Nonno Cons.

Quæ vero sequuntur in editis, desunt in mss. omnibus, in quibus hæc tantum leguntur. Ab urbe condita usque ad extremum hujus operis fiunt anni numero MCXCVII. *In codice vero* 241. *extat tractatus Anonymi cum hac inscriptione*, Dimensuratio provinciarum. Incipit India ulterior, finitur ab Oriente Oceano Ægeo, ab Occidente flumine Sinto, a Septentrione Monte-Tauro, a meridie Oceano Syneo. *Definit autem in hæc verba*: Epitome totius orbis finitur, ab oriente, Oceano; a meridie, Atlantica; a Septentrione, Oceano Britannico. Britannia in longitudine habet millia passuum D ᵐDCCC. in latitudine ᵐCCC.

Inter has lectiones quædam sunt optimæ, aliæ non item: sed experientia compertum est vitiatas lectiones bonis assequendis interdum non parum juvare.



INDEX
LIBRORUM MSS. ARCHIVII BASILICÆ
SANCTI PETRI

Quem accepi a Domino Josepho Avril nunc Monasterii Corbeiensis Priore.

A

AMbrosius de Officiis, super Lucam, Hexaëmeron & alia opuscula, *bis*; super Epistolas Pauli ad Romanos, de Sacramentis, de Unitate Trinitatis & Laudibus ejusdem.

Ammiani Marcellini rerum gestarum. Incipit a libro XIIII. liber corio rubro coopertus in pergameno, folio MS. cum insignibus Cardinal. Ursini in primo fol. Continentur Ammiani Marcellini libri. Incipit a temporibus Constantini Imperatoris. Lib. XIIII. fol. 1. lib. XV. fol. 19. lib. XVI. fol. 34. lib. XVII. fol. 51. lib. XVIII. fol. 66. lib. XIX. fol. 79. lib. lib. XX. fol. 92. lib. XXI. fol. 101. lib. XXII. fol. 146. lib. XXIII. fol. 161. lib. XXIIII. fol. 164. XXV. fol. 189.

Augustini Enchiridion & diversa opuscula, de libero arbitrio, de Trinitate, retractationes, & de hæresibus. De consensu Evangelistarum. Homiliæ, Milleloquium tomus prior & posterior, de civitate Dei, de fide Catholica, & definitione dogmatum, & alia opuscula, contra Epistolam Parmeniani, contra Academicos, & alia diversa, Episcopale, & alia diversa ejusdem, de ineffabili dulcedine Dei, & alia ejusdem, speculum in supradicto libro.

Augustini Episcopi Anglorum interrogatio dubiorum ad Greg. P. M. Apocalypsis cum annotationibus.

Augustini de Roma Ord. Eremitarum super verbis Apocalypsis, &c.

Andreæ poenitentiarii Bibliæ concordantiæ.

Alvarus de planctu Ecclesiæ, tomi duo.

Andreæ Didaci Hispani lumen poenitentiariorum.

Allonis summa super codice & ejusdem lectura ac summa, &c.

Accursius super authentica.

Aristotelis Ethica.

Avicenna de curationibus ægritudinum.

Aritmethica Boëtii & alia opuscula.

Almanach perpetuum incipiens ab ann. 1300.

Asconius Pedianus in orationes Ciceronis.

Aurora Petri Rigæ duplicata.

Alexandri Regis Macedonum * cum Pyrrho, & aliis de Bello.

Articuli & quæstiones Theologicæ.

Alanus contra Hæreticos, Judæos & Paganos.

Alberti magni compendium Theologicæ veritatis.

Apocalypsis expositio.

Angeli Rocchæ Commentarium itineris Clem. VIII. ad Ferrariam.

Acta Apostolorum cum quatuor Evangeliis, codex eleganter scriptus Græce.

Anselmi Episcopi Lucensis decretum.

Antonii Petrii diarium ab ann. 1404. ad 1417.

B

Biblia Sacra.

Bedæ Scintillarium, Bedæ super Actis Apostolorum, Bedæ de die judicii carmen, Beda super historiam Veteris Testamenti.

Basilii oratio de recto usu sæcularium disciplinarum.

Boncore de sancta Victoria Hymni.

Breviaria diversa.

Bernardus super Canticis, Epistolæ, vita & alia diversa, de consideratione cum Epistola Cyrilli ad Abbatem Joachim, &c.

Benedictus Canonicus S. Petri de dignitate Rom. Pont. & Cardinalium, & de Ecclesiastico officio totius anni.

Bonifacii noni Registrum plurium Bullarum.

Brunonis Episcopi Signiensis Sermones.

C

Callixti secundi Papæ de vita S. Jacobi Zebedei.

Clementis Papæ & Martyris itinerarium.

Collationes Sanctorum Patrum.

Chrysostomi super Matthæum ac de poenitentia, adversus vitæ Monasticæ vituperatores, homiliæ super Genesim Græce, de poenitentia & reparatione lapsi.

Cæcilii Cypriani liber.

Corvina super decreto.

Clementinæ glossatæ.

Codex Justiniani.

Commentaria Divi Thomæ de Aquino super ethicam.

Critonis disputatio ad liberandum Socratem.

Contentio Alexandri, Annibalis & Scipionis de excellentia in armis.

Custodia sanitatis stabiliendæ medico Africano authore.

Claudii Ptolemæi Cosmographia orbis.

Commentaria super prim. sententiarum.

Compendium Theologicæ veritatis Alberti magni & summa casuum.

Concilium Lateranense sub Martino primo.

Graberæ de cognoscendo spiritum bonum a malo.

D

De vita claustrali.

Decretum laborantis Cardinalis & alia ejusdem opera.

Decretum Ivonis duplicatum.

Decretum

Decretum Gratiani quaduplicatum.
Decretalia glossata volumina duo.
Decretalium sextus cum glossis Joannis Andreæ.
Directorium juris.
Decretalium libri quinque.
Decisiones Rotæ collectæ per Guillelmum Horboch.
Digesti pars prima & secunda, impressa anno 1473.
De primatu Apostolicæ Sedis & potestate Papæ & de aliis.
Dialogus Petri & Moysis.
Dantis Cantica.
De forma literarum Scholasticarum & de aliis formationibus.
Dialogus Christi & Sponsæ.
Dialogus Jacobi de Altonitis de schismate sedando.
De origine & prosapia Sanctæ Mariæ Magdalenæ.
De medicina sine authoris nomine in charactere Longobardo.
De morte & vita, ac vegetalibus.
De virtutibus.
De censuris Ecclesiasticis.
De fidei articulis, Sacramentis & virtutibus.
De ritibus divinisque Officiis ac Ministeriis Catholicæ Ecclesiæ.

E

Eusebii Cæsariensis historia Ecclesiastica per S. Hieronymum translata.
Exodus cum postillis triplicatus. (*sic*)
Evangelium Matthæi cum expositionibus.
Evangelium Matthæi & Marci cum expositionibus.
Expositiones in Apocalypsim.
Eutropius de gestis Romanorum.
Expositiones sine nomine authoris super Paulum, volumina duo.
Egesippi historia Judaïca.
Eusebii Cæsariensis Chronica.
Euclidis Geometria.
Ephrem Syri tom. 3. *bis.*

F

Francisci Petrarchæ de vita solitaria sine nomine, & septem Psalmorum.
Formularium Bullarum in lib. V. quorum primus est de Sanctissima Trinitate.
Formularium libellorum.
Formularium testamentorum Rolandino authore.

G

Galeni opera Græce.
Goffredi de Trano super Rubrica Decretalium.
Gottifredus de Alacrio super decretis.
Geraldi Cambarensis de mirabilibus Hiberniæ.
Guillelmi Durantis speculum judiciale cum annotationibus Joannis Andreæ volum. 4.
Guillelmi Durantis repertorium super toto corpore juris.
Gregorii moralia volumina 5. in Ezechielem, homiliæ, Dialogi, Pastorale, speculum, sive institutio vitæ spiritualis ex S. Gregorii operibus collecta, & per diversa capitula digesta, Gregorii vita per Joannem Diaconum vol. duo.
Gregorialis.
Gradualia diversa antiqua.
Gregorii registrum & Canones Apostolorum.
Garsiæ Lonisæ collectio Conciliorum Hispaniæ.

H

Hieronymi expositio in Isaïam, ordo vivendi circa regulam sacrarum Virginum, super Marcum, super Isaïam, expositio Psalterii, super libris Prophetarum incipiens ab Osea, Epistolarum pars prima & secunda tom. duo & ejusdem Dialogus, testamentum, Epistolæ in uno volumine, Chronici Eusebii Cæsariensis translatio, super Matth. & contra Helvidium de virginitate.
Hieronymianum opus compositum per Joannem Andream.
Hilarii de Trinitate contra Arianos. Codex admirandæ vetustatis scriptus an. Christi. ....
Hieremiæ Montagnani moralia.
Hymnarium postillarum & Donati, grammatica & alia.
Haliben discipuli Aliemer Saraceni, medici Africani famosissimi, de regali dispositione salutis humanæ.
Historia Ecclesiastica della revolutione d'Inghilterra.

I

Joannis Calderini tabula authoritatum & sententiarum Bibliæ.
Joannis Petri Valeriani Hieroglyphica.
Jacoponi Tudertini spiritualia colloquia & alia diversa.
Joannis Ægidii artis Musicæ.
Joannis de Ropellis summa de anima.
Joannis Theutonici confessionale.
Joannis Lectoris summa.
Joannis Andreæ novella super sexto.
Joannes Andreas super Clementinis .... & quæstiones Jo. de Lugniano.
Jonæ Aurelianensis Episcopi liber ad Pipinum Regem.
Jacobi de Viterbio Augustiniani Sermones.
Jacobi Diaconi Cardinalis S. Gregorii de Stephanenseis nuncupatus de Centesimo, seu Jubileo.
Joannis Bocacii de casibus Virorum illustrium.
Joannis Villani Chronicon.
Joannis de janua summa Catholicon.
Josephi antiquitates Judaïcæ, *bis.*
Julii Herculani beneficiati S. Petri, de primatu Eccles. Vaticanæ.
Justini historia.
Isidori Etymologiarum.
Isidori Hispalensis & Bedæ super historia veteris Testamenti.
Isidori officiorum divinorum libri.
Innocentii Papæ III. Sermones.
Joachimi Abbatis concordantiæ novi veterisque Testamenti.
Ildeberti Episcopi Turonensis Epistolæ & alia.

Isidori opuscula.
Inventarium Speculi judicialis Guill. Durantis & repertorium Baldi.
Jacobi de Stephanenseis Diaconi Cardinalis de miraculis & martyrio S. Gregorii martyris. Miniatus manu Jotti pictoris eximii.
Juliani Toletani Prognosticon.
Icones piscium Hippolyti Salviani.

L

Laborantis Cardinalis decretorum compilatio.
Lactantius Firmianus.
Leonis Papæ I. Sermones.
Lectionaria passionum Sanctorum. Volum. VIII.
Lectionaria diversorum Sermonum pro matutinis.
Leonardi Aretini commentaria belli Punici. Et Cimonis, & Luculli, Dionis.
Bruti de liberis educandis.
Eumenis & Themistoclis vitarum ex Plutarcho.
Legendarium SS. Duplicatum authore fratre Jacobo de Voragine.
Leshorini Diaconi de translatione & inventione SS. Crucifixi Lucensis.
Lucani opera.
Liber sententiarum de diversis voluminibus coaptatus & alia.
Liber de re uxoria ad Laurentium Mediceum.
Liber de locis venerandis, solemnibus feriis, decimæ oblationibus.
Libri Prophetarum.
Liber de mensibus, diebus, horis, punctis Solis & Lunæ.

M

Martini pœnitentiarii Definitiones super decretis.
Monitio Physici philosophi ad Tullium.
Martyrologium Bedæ & alia diversa opuscula.
Martyrologium Cardinalis Baronii, cusum.
Missalia diversa. num. 35.
Magistri sententiarum. volum. duo.
Mauritii definitiones.
Michaëlis Carmelitæ distinctiones literarum.
Mirischia equorum.
Maffei Veggii de præstantia Basilicæ S. Petri.
Meditationes super VII. Psalmis, charactere Longobardo.
Martyrologia benefactorum Basilicæ.
Mutii Ricerii in argenteam S. Magni Episcopi & Mart. Panegyris.

N

Nicolai de Lira postilla sup. Evangeliis quadragesimæ. De Lira postillæ sup. Genesi, exodo, Levitico. Et alia ejus opera.
Nicolai Bonaïuti de figura Paradisi & quatuor virtutibus.
Nicolai Bonaïuti carmina & alia.

O

Orosii Chronicon.
Onuphrii Panvinii opera, tribus tomis.
Origenis Periarchon lib. 4. & alia diversa.

P

Porphyrii Isagoge, prædicamenta & alia pro dialecticis.
Pomponii Melæ Cosmographia cum vitis Alexandri & Cæsaris ex Plutarcho.
Postillæ a libro Genesis ad lib. sapientiæ sine authoris nomine.
Palladius de agricultura.
Petrus Crescentius ruralium commodorum.
Petri Damiani opera. Item vita S. Bernardi.
Psalterium postillatum.
Psalterium cum expositionibus ad usum Cleri Basilicæ S. Petri.
Plutarchus de vitis 14. illustrium.
Pompeii Magni & Marci Antonii vita ex Plutarcho.
Plinii junioris naturalis historia.
Præfationes Ambrosianæ Petri Archiepisc. Mediolani qui postea Alexander V. Papa fuit.
Prisciani Grammatica.
Petri Comestoriis historia a lib. Genes. ad Ascensionem Domini.
Platonis Timæus & alia diversa.
Platonis de Rhethorica & de immortalitate animæ.
Persii Poëtæ Satyræ antiquissimæ vetustatis.
Petri Mallii Canonici S. Petri opusculum hist. Sacræ super antiquitatibus Basilicæ Sancti Petri.
Profatii Judæi almanach præcipuum incipiens ab ann. 1300.
Petri Lombardi Psalterium cum glossis.
Pontificale Romanum antiquum.

Q

Quatuor Evangelia Græce a Pio V. donata.
Quintiliani opera.
Quinarius liber super Ecclesiasticis officiis.
Quæstiones de anima.

R

S. Raymundi Ord. Prædicatorum expœnitentiarii summa.
Rationale divinorum Officiorum duplicatorum.
Regum libri quatuor.
Roberti Palebardi Cardinal. summaria in libros de Civitate Dei.
Ricardi de Media-Villa sup. sententias.
Rolandi Notarii flos super testamento donationis.
Romualdi Archiepiscopi Salernitani Chronicon usque ad tempus Alex. III.

S

Sermones diversi antiquo Armeno charactere conscripti.
Summa casuum conscientiæ Patris Raymundi.
Summa casuum sine nomine authoris.
Simplicii Magni Scholia in prædicamenta Aristotelis.
Statii Thebaïdos.

Senecæ Tragœdiæ.
Senecæ Epiſtolæ. A
Senecæ de conſolatione.
Speculum hiſtoriale Fratris Vincentii, pars prima, ſecunda, tertia & quarta.
Speculum naturale ejuſdem, pars ſecunda.
Sermones arboris ad ſtatus Clericorum, Laicorum.
Sermones de Paradiſo, & alii, ſine nomine authoris.
Strabi expoſitio difficilium nominum utriuſque teſtamenti.
Simonis de Caſſia expoſitio Evangelii.
Summa de titulis decretalium Archiepiſcopi.
Summa Altiſiodorenſis.
Symphoriani Camperii de quadruplici vita. B
Sixti Pytagorici Enchiridion, Iſocratis oratio.
Sylvæ medicinalis & quædam ex libro Plinii junioris. Trophæum Gallorum.
Summa veritatis Theologicæ, itinerantium Verbi Dei & alia.

T

Thomæ de Aquino ſup. Ethicam & alia.
Teſtamentum novum.
Teſtamentum Vetus a Geneſi uſque ad Joſue.
Tabula ſuper libris de Civitate Dei, Moralium Gregorii, authoritatibus.
Tabula ſententiarum Bibliæ Joannis Caldarini.
Terentii comediæ antiquiſſimæ. *bis.*
Terentii comediæ cum poſtillis.
Tullii Philippicarum antiquiſſimus codex. C
Tullii orationes.
Tullius de finibus bonorum & malorum.
Tullii Rethoricorum, de amicitia & ſenectute.
Tullius de Officiis & de Tuſculanis quæſt.
Tullii Catilinariæ.
Thomæ Cardinalis de Capua ſumma dictaminis.
Titi Livii hiſtoriarum pars prima.
Tiberii Alpharini de præſtantia Baſilicæ.

V

Vocabularium Papiæ.
Vocabularium Eccleſiaſticum.
Vitruvius de Architectura.
Vegetius Renatus de re militari.
(Hugonis) de S. Victore ſpeculum Eccleſiæ. D
Uguicionis derivationum liber.
Vincentii ſpeculum hiſtoriale, pars prima, ſecunda, tertia & quarta.
Vincentii ſpeculum naturale pars ſecunda.
Vita S. Magni Archiepiſcopi Tranenſis Martyris.

Z

Zachariæ Chryſopolitæ concordia Evangeliſtarum.
Zenonis Epiſcopi Veronenſis de pudicitia, reſurrectione, &c.
* Zabbellæ Cardinalis Tractatus de horis Canonicis, libri diverſarum informationum, deciſionum, repertoriorum.
Libri informationum MSS. num. 14.
Libri MSS. deciſioum. num. 23. E
Libri MSS. repertoriorum. num. 13.

Ex Archivio S. Iſidori Manuſcrip.

Ex armario primo.

Num. 96. Collectio Ritualium Panuini 99. Epiſcoporum, Clementis VIII.
Manuſcrip. 101. Martyrologium Franciſcanum Fulgentii Eſini.
Num. 103. Martyrologium Eccleſiæ Brixianæ.
Num. 104. Martyrologium vetuſtum.
Num. 110. Vetus ordo celebrandi divinum Officium Lucæ Cuſentini.
Num. 131. & 132. Conciones Xiſti V. originales.

Ex armario ſecundo.

Num. 20. Summarium Pontificatus Joannis Papæ XXII.
Num. 75. pag. 219. Vita S. Gualbardi Confeſſoris.

Ex armario tertio.

Num. 29. Hiſtoria Eccleſiaſtica Indiana de introductione Evangelii.

Ex armario quarto.

Tom. II. Operum Vadingi, vitæ Summorum Pontificum & Cardinalium.
Item & Manuſcrip. 12. Joannis-Baptiſtæ Moncatii (*alibi legitur* Moncetti) Cardinalium elogia. num. 14.
Num. 15. 16. & 17. Index omnium Epiſcoporum orbis.
Num. 18. Collectanea Patris Vadingi ad vitas Epiſcoporum.
Item & num. 19. in quo volumine fol. 445. & ſequentibus, multa ſunt de ordine Carthuſienſi.
Num. 21. 22. 23. Omnino legendi.
Num. 40. 41. 42. 43. Variæ ſcripturæ de Immaculata Conceptione Beatæ Mariæ.
Num. 44. Varia pro Ordinibus militaribus.
Num. 68. Inventarium Bibliothecæ Venetæ S. Marci.
Num. 69. Regiſtrum Cardinalis de Aragonia.
Num. 70. Compendium Formularii Marini de Ebulo, Innocentii Papæ IV. Vicecancellarii.
Num. 71. Hiſtoria Puteolana.
Num. 81. Relationes variæ diverſarum Regionum.
Num. 83. Variæ Sanctorum vitæ.
Num. 84. Miſcellanea Bullarum & edictorum.
Num. 85. Variæ ſcripturæ pro familia Urſini de Vivariis.
Num. 99. Acta Congregationis de auxiliis tom. 2. & 3.
Num. 101. Miſcellanea de controverſia Janſeniſtarum.
Item 102. 103.
Num. 110. Variæ chartæ pro hiſtoria Piſaurienſi.
Num. 134. Valarannus in Cantica, verſu.

Ex armario quinto.

Num. 17. Collectanea varia de rebus Galliæ.

Num. 27. Varia Collectanea Alphonsi Ciaconii omnino legenda.
Num. 28. Varia de missionibus propagandæ Fidei.
Num. 29. Notitia familiarum illustrium.
Num. 30. fol. 166. Chronica ad annum 1217.
Num. 130. Alphonsi Ciaconii Collectanea tom. 3.
Num. 184. Vetus Psalterium.
Num. 202. & seqq. Leges Patrum Societatis Jesu.

Ex Registro Joannis XXII. anno primo in Bibliotheca S. Isidori.

Num. 875. Joannæ Reginæ Franciæ & Navarræ gratulatur quod Blancha Germana ipsius tradita fuerit educanda sororibus de Longo-Campo. Dat. Avenione 3. Idus Septembris anno quarto.

Fol. 24. Ex appendice Philippo Regi Franciæ conqueritur de Michaële Ministro Generali Ordinis Minorum. Dat. Kal. Aprilis anno quarto.

Fol. 29. Nobili Viro Roberto Comiti Flandriæ; hortatur ad pacem & ad observationem conventionum inter Philippum Regem Franciæ & Navarræ regentem, inter se & inter communitates Flandriæ initarum. Dat. Kal. Aprilis.

Ibid. * Scabinis, Consiliariis, & Communitati Gandavensi. Hortatur ad pacem.

Item Brugensi ad eumdem effectum.

Ex alia appendice fol. 6. Regi Franciæ; ut quando ingredietur Monasteria Monialium causa devotionis, liceat ipsi Fratres Prædicatores vel Minores in ipsius tunc comitiva existentes secum introducere. Dat. Aven. Idib. Augusti.

Ex Tomo primo parte prima anni primi num. 226. Nobili mulieri Joannæ Comitissæ Pictaviensi, Palatinæ Burgundiæ, & Dominæ de Salinis; ut Monasteria Monialium cujuscumque ordinis ingredi possit, & specialiter Carthusiensium ac Minorissarum. Dat. Lugduni VII. Idus Septembris anno primo.

Num. 487. Nobili mulieri Matildæ Comitissæ Atrebatensi; ut Monasteria Monialium Carthusiensium, Cisterciensium, Jacobitarum & aliarum inclusarum ingredi possit. Dat. Aven. octavo Idus Octobris ann. primo.

Num. 849. Nobili Viro Philippo claræ memoriæ Regis Franciæ filio, Regna Franciæ & Navarræ regenti; ut Monasteria Monialium cum octo Fratribus Prædicatorum & Minorum Ordinum ingredi possit. Dat. Aven. 2. Id. Novemb. ann. primo.

Num. 881. Nobili Viro Guidoni de Castellione & Margaritæ ejus conjugi Comitissæ Blesensi; ut Monasteria Jacobitarum & Minorissarum ingredi possint cum quatuor viris & quatuor mulieribus. Dat. Aven. apud Castrum novum quinto Kal. Octob. anno primo.

Num. 899. Philippo Regi Franciæ illustri; ut Monasteria Monialium cum octo Fratribus Prædicatorum & Minorum Ordinum decenti Comitiva virorum ac mulierum ingredi possit, dummodo in eis nec edat nec pernoctet. Dat. Aven. Idibus Augusti anno primo.

Ex appendice num. 18. Fratribus Bertrando Ministro Ordinis Minorum in Aquitania, ac Bernardo Guidoni Ordinis Prædicatorum, Inquisitori hæreticæ pravitatis in Tolosana provincia; quo pacto se gerere debeant circa hæreticos. Dat. Aven. quarto Kal. Februarii anno primo.

Num. 118. Officiali Biterrensi; ut pacem cum Fratribus Minoribus habeat, nec eos gravet. Dat. Aven. V. Kal. Maii anno primo.

Num. 156. Canonisatio S. Ludovici Episcopi Tolosani. Dat. Aven. quarto Idus Aprilis anno primo.

Num. 314. Episcopo Agennensi: ut pacem procuret inter nobiles Viros Amanevum de Lebreto, & Sanseverium de Pinibus milites. Dat. Aven. VII. Idus Julii anno primo.

Num. 1317. Nobili mulieri Blanchæ Filiæ Sanctæ memoriæ B. Ludovici Regis Franciæ; ut quosd. Fratres Minores executores sui testamenti facere valeat. Dat. Aven. Kal. Januarii ann. primo.

Num. 1748. Nobili mulieri Blanchæ relictæ quondam Philippi de Atrebato; ut Monasteria Monialium ingredi possit. Dat. Aven. VII. Kal. Novembris ann. primo.

Num. 2170. Joannem Electum Trecorensem confirmat post obitum Gaufredi. Dat. Aven. IX. Kal. Martii ann. primo.

Num. 2171. Nobili Viro Joanni Duci Britanniæ eumdem Electum Trecorensem confirmat & commendat. Dat. ut supra.

Num. 2245. Nobili mulieri Margaritæ Comitissæ de Rossiaco; ut Monasteria Monialium ingredi possit. Dat. Aven. II. Idib. Feb. ann. primo.

Num. 2600. Archiepiscopo Auxitano, & Tolosano & Lemovicensi Episcopis commendat Moniales inclusas S. Damiani. Dat. Aven. Idibus Aprilis ann. primo.

Num. 2086. Abbatissæ & Conventui de Monte-Marciano Ordinis Sanctæ Claræ Adurens. Diœcesis; ut Xas. ad summam annuam 50. librarum Morlanorum (de Morlas) ad decennium de manibus Laïcorum redimere possint, ad preces Nobilis mulieris Margaritæ Comitissæ Fuxensis, & Vice-Comitissæ Bearnii concedit. Dat. Aven. 2. Non. Febr. anno primo.

Num. 2803. Archiepiscopo Remensi, & Parisiensi & Metensi Episcopis commendat Moniales S. Damiani. Dat. Aven. Idib. Aprilis an. primo.

Num. 2872. Guillelmum Ordinis S. Augustini Ecclesiæ Niciensi Episcopum præficit post obitum Raymundi. Dat. Aven. oct. Kal. Maii an. primo.

Eumdem commendat Archiepiscopo Ebredunensi. Dat. ut supra.

Num. 2896. Monialibus de Gordonio Ordinis S. Claræ Caturcensis Diœcesis varia summorum Pontificum privilegia refert & confirmat. Dat. Avenion. quarto Kal. Junii anno primo.

Item & eas commendat Petragoricensi, Agennensi & Lemovicensi Episcopis. Dat. ut supra.

Ex

Ex Registro anni secundi.

A

Ex prima parte anni secundi n. primo in appendice: Dilectis filiis Guardiano vel ejus Vicario ac conventui Fratrum Minorum Tolosæ. Scire vos facimus quod nos quædam bona mobilia bonæ memoriæ Arnaldi Pampilonensis Episcopi quæ penes vos fuerunt ab olim per executores Testamenti dicti quondam Episcopi in domo vestra deposita, quæve nuper mandavimus per vos ad Cameram nostram mitti, eidem sunt Cameræ per vestros nuntios assignata unà cum literis executorum quorum sigillo munitis, ut prima facie apparebat super deposito prædicto confectis: super quo quidem deposito vos & Ordinem vestrum in antea per quemvis impeti nolumus, veluti quos inde prorsus absolvimus & præsentium autoritate quietamus. Dat. Aven. nonis Septembris anno secundo.

Num. 40. Magnifico viro Ubec Imperatori Tartarorum: gratulatur quod Christianis faveat. Dat. Aven. quinto Kal. Aprilis anno secundo.

In idem effectum scribit Episcopis Cracoviensi & Missenensi, ac Duci Cracoviensi. Dat. Aven. Kal. Maii anno secundo.

Item & nobilibus viris Henrico de Lypa, Petro de Monte Rosarum, Willelmo de Valdec, & aliis nobilibus per Regnum Bohemiæ constitutis, hortaturque ut Christianis faveant. Dat. ut supra.

Num. 95. Cancellario Ecclesiæ Parisiensis; ut Petrum Aurioli Ordinis Minorum ad Doctoratum recipiat. Dat. Aven. secundo Idus Julii anno secundo.

Num. 143. Raynaldum de Sancta Arthemia Canonicum Petragoricensem Capellanum suum, Rectorem Ducatus Spoletani instituit. Dat. Aven. quarto Nonas Augusti anno secundo.

Num. 144. Guillelmum Costæ Decanum Ecclesiæ Tullensis Capellanum suum, Patrimonii B. Petri in Tuscia Rectorem instituit. Dat. ut supra.

Num. 145. Amelium Præpositum Monasterii Bellimontis Rutenensis Dioecesis Capellanum suum, Marchiæ Anconitanæ Rectorem instituit. Dat. ut supra.

Num. 147. Pontium Augerii Canonicum Barjolensem Forojuliensis & Hugonem Bonis de Arnaco Rutenensis Dioecesis, Sedis Apostolicæ nuncios instituit, ut bona hæreticorum in variis Provinciis Italiæ ab Inquisitoribus Cameræ Apostolicæ assignata, &c. Dat. Aven. quarto Nonas Augusti anno secundo.

Num. 381. Patriarchis, Archiepiscopis & Episcopis ut Valdenses hæreticos insequantur. Dat. Aven. decimo Kal. Februarii anno secundo.

Ex parte quarta anni primi n. 3233. Dilecto Filio Fratri Joanni Vies Ord. Minorum Poenitentiario nostro salutem, ob dilectionis plenitudinem & benevolentiæ specialis affectum, quos ad carissimum in Christo Filium nostrum Philippum Franciæ & Navarræ Regem illustrem gerimus & habemus, volentes personam, qui suis & carissimæ in Christo Filiæ nostræ Joannæ Franciæ & Navarræ Reginæ illustris consortis insistis obsequiis, prærogativæ prosequi gratiæ specialis, te in nostrum poenitentiarium recepimus gratiose tibi, quod juxta beneplacitum eorum Regis vel Reginæ cujus nosceris specialis esse Confessor possis in ipsorum servitio commorari autoritate præsentium duximus concedendum. Dat. Aven. secundo Idus Julii anno primo.

Num. 4197. Joannæ Reginæ Franciæ & Navarræ illustri, ut Monasteria Monialium inclusarum & specialiter Carthusiensium ingredi possit. Dat. Aven. Idib. Augusti anno primo.

B

Ex secunda parte anni secundi. num. 1042. Joannæ Reginæ Franciæ & Navarræ, ut quemdam e Fratribus Minorum Testamenti sui executorem instituere possit. Dat. Aven. decimo septimo Kal. Aprilis anno secundo.

Num. 2151. Nobili viro Joanni Comiti Namuriensi & nobili mulieri Mariæ de Artesio ejus uxori, ut Monasteria Monialium ingredi possint. Dat. Aven. secundo Nonas Aprilis anno secundo.

Num. 2254. Joannæ de Haricuria nobili mulieri Ebroïcensis Dioecesis, ut Monasterium de Longo-Campo juxta Parisius ingredi possit ad visitandum Margaritam & Joannam de Brabantio Germanas suas ibidem Moniales. Dat. Aven. decimo quarto Kal. Junii anno secundo.

C

Ex Registro anni tertii.

Num. 232. Inquisitoribus hæreticæ pravitatis in Regno Franciæ per Sedem Apostolicam deputatis, quomodo in officio se gerere debeant. Dat. Aven. quarto Nonas Novembris anno tertio.

Num. 295. Provinciali Fratrum Minorum Franciæ, ut cum Blancha Filia Philippi Regis Franciæ, & Joannæ Reginæ, moniali in Longo-Campo in omnibus quæ de substantia dicti Ordinis non erunt, dispensare possit. Dat. Aven. sexto Nonas Februarii anno tertio.

D

Num. 450. Nobili mulieri Margaritæ Comitissæ de Claromonte Anglonensis Dioecesis; ut in castro Senesii Anglonensis Dioecesis in quo quondam Hugo Comes Claromontis frater ipsius interfectus fuit, Conventum Fratrum Minorum construere possit. Dat. Aven. decimo quarto Kal. Aprilis anno tertio.

Num. 555. Joannæ Reginæ Franciæ & Navarræ rescripta varia, ut Fratres Minores Testamenti executores instituere possit, Blancham Filiam Monialem facere in Longo-Campo, cum ipsa dispensare, &c. Dat. Aven. sexto Kal. Aprilis anno tertio.

E

Num. 559. Nobilibus mulieribus Mathildi Comitissæ Atrebatensis aviæ, & Joannæ Ducissæ Burgundiæ sorori, ut Blancham Monialem in Longo-Campo neptim & sororem visitare possint. Dat. Aven. sex-

to Kal. Aprilis anno tertio.

Num. 866. Archiepisc. Tolosano & Apamiensi & S. Papuli Episcopis, ut insequantur A Fratrem Bernardum Delitiosi Ordinis Minorum, qui Benedictum Papam XI. Veneno necaverat, & alia crimina patraverat, & capi faciant. Dat. Aven. decimo septimo Kal. Augusti anno tertio.

Num. 1559. Abbatissæ & Conventui Monialium S. Claræ de Monte Martiano Adurensis Dioecesis a Gastone Vicecomite Bearnii, & Martha ejus uxore conditi, ut quasdam terras commutare possint. Dat. Aven. secundo Nonas Februarii anno tertio.

Ex Registro anni quarti.

Num. 135. Blanchæ Philippi Regis Franciæ B Filiæ Moniali in Longo-Campo, ut duas mulieres sæculares honestas, item Capellanum, & unum Medicum, item & Confessorem intra claustra habere possit. Dat. Avenione Idibus Januarii anno quarto.

Num. 751. Archiepiscopo Bisuntinensi, ut fratres & sorores de poenitentia insequatur & puniat. Dat. Aven. decimo quarto Kal. Maii anno quarto.

Ex Registro anni quinti.

Num. 87. Patriarchis, Archiepiscopis & Episcopis, &c. Notum facit Hisnardum quondam Patriarcham Antiochenum & Administratorem Ecclesiæ Papiensis, a se fuisse depositum, & ab omni sacerdotali C & clericali officio privatum fuisse, ut eum capi faciant & ad se deduci. Datum Aven. duodecimo Kal. Decemb. anno quinto.

Num. 180. Episcopo Tolonensi ut Beguinas insequatur & castiget, eas vero quæ in castro de Arcis, & loco de Robodo a Sanctia Regina Siciliæ stabilitæ sunt, protegat & inquirat. Dat. Aven. decimo Kal. Decembris anno quinto.

Num. 276. Raymundum Vigintimilliensi Ecclesiæ præficit per obitum Othonis. Dat. Aven. sexto Kal. Decembris an. quinto.

Num. 287. Episcopo Cameracensi, ut super vita & moribus Beguinarum inquirat. Dat. Avenione secundo Kal. Januarii anno quinto. Idem scribit Episcopo Tor- D nacensi & Parisiensi.

Num. 477. Isabellæ natæ Philippi Regis Franciæ, ut Monasterium Monialium de Longo-Campo ingredi possit. Dat. Aven. Idib. Decemb. anno quinto.

Idem concedit & Margaritæ natæ Philippi Regis Francorum.

Num. 647. Petrum præficit Ecclesiæ Aquensi vacanti per assumptionem Petri Archiepiscopi Aquensis ad Cardinalatum tituli S. Pudentianæ. Dat. Aven. tertio Kal. Martii anno quinto.

Eidem pallium mittit. Dat. Aven. duodec. Kal. Julii anno quinto.

Ex Registro anni sexti. E

Num. 23. Georgio Regi Georgianorum ejusque Baronibus; ut Fratribus Minoribus a Sede Apostolica deputatis faveant. Dat. Aven. Idibus Octob. anno sexto.

Num. 24. Fratribus Minoribus in terras Sarracenorum, Paganorum, Græcorum, &c. proficiscentibus; quomodo se gerere debeant perscribit. Dat. Aven. decimo Kal. Novemb. anno sexto.

Num. 25. Zachariæ Archiepiscopo S. Thadæi & Fratribus Prædicatoribus ac Minoribus in Imperio Tartarorum commorantibus quomodo se gerere debeant. Dat. Aven. Idibus Octob. anno sexto.

Num. 34. Magnifico viro Mussayd Imperatori Tartarorum; ut Christianis faveat. Dat. Aven. decimo Kal. Decemb. anno sexto.

Varia item rescripta populo Armenorum, & in Imperio Tartarorum constitutis. Dat. Aven. ut supra.

Num. 41. Valentinensi & Vivatiensi Episcopis; ut insequantur eos qui quosdam Fratres Ord. Minorum Inquisitionis hæreticæ pravitatis male tractaverant insudantes, & occiderant. Dat. Aven. secundo Kal. Decembris anno sexto.

Num. 52. Archiepiscopis Narbonensi, Tolosano, Auxitanensi & cæteris; ut Fratres tertii Ord. Franciscanorum de variis calumniis illatis conquerentes audiant & referant. Dat. Aven. decimo quarto Kal. Martii anno sexto.

Num. 56. Zachariæ Archiepiscopo S. Thadæi in Imperio Tartarorum, hortatur ad perseverantiam & dat monita salutaria pro regimine populi. Dat. Aven.

Num. 72. Nobili mulieri Mathildi Comitissæ Atrebatensi, Burgundiæ, Palatinæ & Dominæ de Salinis, ut Monasterium Monialium S. Claræ in villa de S. Odomaro Morinensis Dioecesis ingredi possit. Dat. Aven. Idib. Octob. anno sexto.

Num. 497. Nobilissimo Abustano nato claræ memoriæ Cotogani Regis in partibus Tartariæ, congaudet quod Christianus factus sit, & ut Fidem Catholicam promoveat, hortatur. Dat. Aven. secundo Kal. Martii anno sexto.

Num. 878. Carolo Regi Franciæ & Navarræ, ut Monasterium Monialium ingredi possit. Dat. Aven. quinto Nonas Julii anno sexto.

Num. 942. Joannem Ecclesiæ Lodovensi præficit per translationem Jacobi in Archiepiscopum Aquensem. Dat. Aven. septimo Idus Julii anno sexto.

Num. 944. Joanni Episcopo Trecorensi olim Ordinis Minorum licentiam Testamenti concedit. Dat. Aven. Idib. Maii anno sexto.

Num. 1029. Bernardum præficit Ecclesiæ Corisopitensi vacanti per obitum Thomæ. Dat. Aven. decimo quarto Kal. Augusti anno sexto.

Hunc commendat Archiepiscopo Turonensi, & Joanni Duci Britanniæ. Dat. ut supra.

Num. 1189. Archiepiscopis & Episcopis, ut insequantur & castigent Fratricellos, seu Fratres de paupertate, & Bizochos, seu Bichinos viros pestiferos. Dat. Aven. Kal. Augusti anno sexto.

Ex Libro Litterarum Secretarum an. VI°. & VII°.

Fol. 86. Michaëli Archiepiscopo Armenorum tristatur de apostasia Thadei, & ad perseverantiam & observantiam Canonum hortatur. Dat. Aven. duodecimo Kal. Augusti anno sexto.

Idem scribit Stephano Episcopo Saraicensi.

Item & populo Armenorum.

Item & Thomæ Archiepiscopo Mamestrensi, Hieronymo Episcopo Caphensi, & Januensibus in dicta Dioecesi constitutis.

Item & magnifico viro Han Boisser Imperatori Tartarorum. Dat. Aven. tertio Nonas Junii anno sexto.

Fol. 105. Duci Venetiarum, ut Carolum de Recanato hæreticum castigari procuret. dat. Aven. decimo Kal. Julii an. sexto.

Fol. 123. Raynaldo de S. Arthemia Rectori Ducatus Spoletani conqueritur quod in Civitate Spoletana susceptus fuerit Fredericus olim Comes de Monte Feretro S. R. E. rebellis. Dat. Aven. decimo Kal. Januarii anno sexto.

Fol. 145. Episcopo Ferrariensi, ut Raynaldum & Opisonem Fratres Filios nobilis viri Hildebrandini Marchionis Estensis S. R. E. rebelles hortetur ad unitatem Ecclesiæ redire, & redeuntes suscipere. Dat. Aven. ut supra.

Varia item super eodem rescripta.

Fol. 146. Duci, Consilio & Communi Venetiarum conqueritur de Matthæo vice Comite Mediolani Ecclesiæ Rom. rebelli perfido & depopulatore.

Item & de Galeatio, Marco & aliis ejusd. Matthei Filiis Fidei Catholicæ corruptoribus, contra quos quid agendum sit per Paulinum Ord. Minorum pœnitentiarium suum mittit. Dat. Aven. sept. Kal. Martii anno sexto.

Varia item super eod. negotio rescripta. Hos excommunicandos tandem denuntiat Archiepiscopo Mediolanensi, & aliis.

Ex Registro anni septimi.

Fol. 204. Nobili mulieri Alienordi de Monte Forti Comitissæ Vindocinensi; hortatur ad pacem cum nobilibus viris Petro Raymundi, & Guidone de Convenis nepotibus suis.

Item & dictos nobiles viros hortatur ad pacem. Dat. Aven. decimo septimo Kal. Septemb. anno septimo.

Fol. 270. Varia circa petitiones Regis Franciæ pro passagio ultra Marino, & rescripta data super hoc Patriarchæ Jerosolymitano, A. Episcopo Paphensi, Regi, Cypri, Geraldo de Pinibus; Magistri Ord. S. Joannis Jerosolymitani locum tenenti, Leoni Regi Armeniæ; Potestati, Capitaneo & Antianis ac Communi Januensibus, Petro in Patriarcham Jerosolymorum electo. Dat. Aven. mensibus Aprili & Maio anno septimo.

Fol. 186. Valentiniensi & Vivariensi Episcopis; ut acrius in hæreticos hujus Provinciæ agant. Dat. Aven. decimo quinto Kal. Decembris anno septimo.

A *Fol. 790.* Cancellario Parisiensi, ut Fratri Francisco de Mayronis de signa Ordinis Minorum Baccalaureo licentiam legendi & docendi conferat. Dat. Aven. nono Kal. Junii anno septimo.

Ex Registro anni octavi.

Fol. 90. Episcopo Paphensi plura scribit pro meliori regimine Ecclesiæ Armeniæ. Dat. Aven. quinto Idus Augusti anno octavo.

Fol. 121. Zachariæ Archiepiscopo S. Thadei, congaudet quod in Imperio Tartarorum Christi Fides augeatur. Dat. Aven. decimo Kal. Decembris anno octavo.

Item Jacobo & Petro de Ordine Minorum & per ipsos ad Tartaros pro pace & Religione servanda. Dat. ut supra.

B *Fol. 275.* Philippo Comiti Ebroïcensi; ut Monasteria Monialium ingredi possit. Dat. Aven. quinto Kal. Januarii anno octavo.

Fol. 425. Joannæ natæ quondam Ludovici Comitis Ebroïcensis idem. Dat. Aven. quarto Idus Januarii anno octavo.

Fol. 485. Henrico Domino de Soliaco, ut Monasterium Monialium de Longo-Campo ingredi possit. Dat. Aven. quarto Nonas Januarii anno octavo.

Fol. 632. Matildæ Comitissæ Atrebatensi; ut Monasterium Monialium S. Claræ de S. Odomaro a genitore suo fundatum ingredi possit. Dat. Aven. octavo Idus Januarii anno octavo.

C *Fol. 746.* Nobili mulieri Mariæ natæ Caroli Comitis Valesii, ut in Monasteria Monialium ingredi possit. Dat. Aven. quinto Idus Martii anno octavo.

Fol. 1628. Nobili mulieri Mathildæ Comitissæ Burgundiæ; ut Monasterium Monialium S. Claræ juxta Sanctum Odomarum ab antecessoribus suis fundatum ingredi possit. Dat. Aven. duodecimo Kal. Septembris anno octavo.

Fol. 1779. Bernardum præficit Ecclesiæ Nemausensi per obitum Bernardi in partibus Lombardiæ defuncti. Dat Aven. decimo Kal. Septembris anno octavo. pro quo scribit Carolo Regi Franciæ & Navarræ. Dat. ut supra.

D *Fol. 1850.* Abbati Flaviacensi Dioecesis Belvacensis; ut corpora defunctorum Joannis de Tria militis in Prædicatorum, & Margaritæ ipsius conjugis in Minorum Ecclesiis sepulta ad Monasterium de Gomerfontaine Ordinis Cisterc. Rothomagens Dioecesis transferri & in eo sepeliri procuret. Dat. Aven. decimo tertio Kal. Julii anno octavo.

Fol. 1947. Abbatissæ & Conventui Monialium S. Claræ extra muros Lectorenses; ut in Ecclesia sepelire possint corpora fidelium, ut a decimis eximantur, &c. Dat. Aven. Kalendis Septembris anno octavo.

Ex Registro anni noni.

E *Num. 1342.* Episcopo S. Florii; ut nobili mulieri Isabellæ de Ruthena Viceecmi-

tissæ Carlatensis Diœcesis S. Flori, opem ferat pro condendo Monasterio Monialium S. Claræ in loco Boyssseto. Dat. Aven. sexto Nonas Martii anno nono. A

Ex Tomo Secretorum an. IXº. & Xº.

Num. 141. Galberto Archiepiscopo Bituricensi, Camerario suo; ut cognoscat de electione Berengariæ de Corvo in Abbatissam Monasterii S. Claræ Avenionensis post obitum Alasiæ de Salvano nuper Abbatissæ defunctæ. dat. Aven. tertio Idus Aprilis anno nono.

Num. 177. Amelio Abbati Monasterii S. Saturnini Tolosæ, Capellano suo Rectori Marchiæ Anconitanæ; ut inquirat contra quosdam Fratres Minores qui se privilegium Sedis Apostolicæ habere dicebant recipiendi indistincte legata & male ablata. Dat. Aven. Kalendis Augusti anno nono. B

Fol. 191. Guillelmo Archiepiscopo Bituricensi; ut inquirat contra quosdam Fratres Minores Exolduni Diœcesis Bituricensis commorantes qui in Festo Translationis B. Nicolai cum Mitra, Baculo Pastorali, & aliis Pontificalibus insigniis Missam Conventualem celebraverant, & ex illis unus Cardinalem se a summo Pontifice factum jactaverat. Dat. Aven. Kal. Junii anno decimo.

Aliud item eidem super eodem negotio. Dat. Aven. tertio Nonas Septemb. ann. decimo. C

Fol. 1796. Nobili Viro Petro de Via Domino Calvineti S. Flori Diœcesis; ut Monasterium Monialium in loco de Granceyraco Diœcesis Ruthenensis ædificare & dotare possit. Dat. Aven. 12. Kal. Julii anno X.

Num. 2466. Priori Prædicatorum de Argento & Guardiano Minorum Sagientium; ut inquirant super pravis moribus & malo regimine Gaufridi Abbatis Monasterii S. Petri super Divam Ordinis S. Benedicti. Dat. Aven. 8. Kal. Septemb. ann. X.

Tomo I. anni XI.

Fol. 3. Episcopo Elnensi; ut inquirat super vita & moribus ac Fide Fratris Guillelmi Nigri Ordinis Minorum qui proponens populo Verbum Dei dixerat quod Redemtor noster J. C. nihil in proprio nec in communi habuit, nec etiam ejus discipuli habuerunt. Dat. Aven. 6. Idus Octobris anno XI. D

Num. 32. Carolo Hungariæ Regi gratulatur quod hæreticos insequatur. Varia item super hoc rescripta Archiepiscopis Strigoniensi, Colossensi, & aliis ejusdem Regni. Dat. Aven. Kalendis Julii ann. XI.

Num. 1042. Venerabili Fratri Bernardo Ordinis Minorum Episcopo Nemausensi dat licentiam testandi. Dat. Aven. Kal. Martii anno XI.

Num. 1075. Episcopo Ruthenensi; ut Monasterium, seu locum Fratrum quondam ordinis de Sacco, seu de pœnitentia de Amiliano concedat Monialibus Sanctæ Claræ ejusdem loci. Dat. Aven. Kal. Martii anno XI. E

Num. 1108. Officiali Burdegalensi; ut pacem faciat inter Rectores Ecclesiarum Burdegalensium, & Fratres Minores ejusdem loci. Dat. Aven. X. Kal. Feb. ann. XI.

Num. 1276. Episcopo Cabilonensi; ut nobilem mulierem Margaritam Dominam de Sancta Cruce Lugdunensis Diœcesis, in fundando Monasterio Monialium Sanctæ Claræ ibidem adjuvet. Dat. Aven. X. Kal. Apr. ann. XI.

Ex Libris Secretarum ann. XI. & XII.

Varia rescripta super Michaële de Cesena & Guillelmo Okam. Dat. Aven. V. Kal. Junii ann. XII. &c.

Fol. 197. Regi Franciæ commendat Ordinem Fratrum Minorum & ipsius Ministros. Dat. Aven. V. Idus Junii ann. XII.

Fol. 199. Philippo Regi Franciæ fuse scribit de Michaële de Cesena, & pro Ordine Fratrum Minorum, quem sincere diligit.

Idem scribit Joannæ Reginæ Franciæ num. 200. & 201. Dat. Aven. III. Kal. Augusti anno XII.

Ex Registro anni XII.

Num. 359. Margaritæ Ducissæ Bavariæ ad preces Elisabeth Reginæ Bohemiæ matris suæ dat licentiam ingredi Monasteria Monialium Sanctæ Claræ. Dat. Aven. V. Idus Octob. ann. XII.

Num. 413. Abbatissæ & Conventui Monialium Sanctæ Claræ Sistaricensis Ordinis S. Damiani dat exemptionem a decimis solvendis, aliisque exactionibus vel collectis, &c. Dat. Aven. X. Kal. Januar. ann. XII.

Num. 1650. Stephano Chotardi Sacristæ Lodovens. & Priori Prædicatorum ac Guardiano Minorum, ut inquirant super vita & regimine Petri Abbatis Monasterii S. Jacobi Biterrensis Ordinis S. August. de incontinentia & dilapidatione bonorum accusati. Dat. Aven. X. Kal. Aprilis ann. XII.

Num. 1962. Philippo Regi Franciæ; ut Monasteria Monialium cujuscumque Ord. cum tribus Fratribus Prædicatoribus & Minoribus ingredi possit. Dat. Aven. octo Kal. Junii anno XII.

Num. 2208. Archiepiscopo Burdegalensi; conqueritur quod non permittat Fratribus Prædicatoribus & Minoribus proponere Verbum Dei. Dat. Aven. IV. Kal. Julii ann. XII.

Num. 2801. Abbatissam & Conventum Monasterii Sanctæ Claræ Nemausens. de vitæ sanctitate laudat, eisque privilegia concessa Monasterio Sanctæ Claræ Avenionensi, concedit. Dat. Aven. Kal. Sept. ann. XII.

Num. 3408. Prioribus S. Orientii & de Pardiaco Auxitanæ Diœcesis; ut Fratribus Minoribus Conventus de Miranda a nobili quadam Martha Bernardi Comitis Astariaci conjuge fundatis faveant. Dat. Aven. octavo Kal. Junii ann. XII.

Ex

Ex Registro ann. 13.

A

Num. 94. Ecclesiæ Vencienfi præficit Raymundum per Translationem Fulconis ad Tolonensem. Dat. Aven. oct. Idus Novemb. ann. XIII.

Num. 235. Willelmo Longæ & Ulinesi Archidiaconis, & Cancellario Ecclesiæ Tolosanæ; ut mendicantes decretalem, super Cathedram, observare cogant. Dat. Aven. III. Kal. Novemb. ann. XIII.

Num. 261. Idem scribit Archiepiscopo Viennensi, & Cabilonensi & Bellicensi Episcopis. Dat. Aven. octavo Idus Novemb. ann. XIII.

Num. 272. Nicolao Aiacensi, Catholico Armenorum Leoni Regi Armeniæ varia scribit pro bono regimine Ecclesiæ in Armenia. Dat. Aven. XVI. Kal. Novemb. ann. XIII.

B

Num. 1653. Elizabeth Comitissæ Juliacensi, ut Monasteria Monialium Diœcesis Coloniensis ingredi possit.

Idem concedit Ricardæ Ducissæ Bavariæ.

Idem Joannæ Comitissæ Juliacensi. Dat. Aven. IX. Kal. Feb. ann. XIII.

Num. 2943. Ut nobilem virum Guillelmum de Fargis Domicellum Vasatensis Diœcesis, ut a voto quod emiserat, matre ipsius gravi ægritudine laborante B. Jacobi limina visitandi, Guardianus Fratrum Minorum de Marmanda absolvere possit, propter inimicitias capitales quas dictus Guillelmus habet, dummodo ad dictum locum S. Jacobi tantum pecuniæ mittat, quantum expendere coactus fuisset in itinere. Dat. Aven. Kal. Septemb. anno XIII.

C

Num. 3078. Universis Christianis in Imperio Persidis constitutis; quos hortatur ad pacem & caritatem. Dat. Aven. XII. Kal. Sept. anno XIII.

Num. 3084. Idem scribit Christianis in Indiis constitutis.

Num. 3183. Idem scribit Christianis in Imperio Elgigadai & in minori India constitutis. Dat. ut supra.

Ex Libro Secretorum ann. XIII.

Fol. 33. Fulconi de Popia Thesaurario Ecclesiæ Andegavensis, & Rectori Marchiæ Anconitanæ, conqueritur de Ludovico de Bavaria, & Petro de Corbaria, & ut eos, eorumque fautores insequantur præcipit. Dat. Aven. XIII. Kal. Febr. anno XIII.

D

Varia eidem super eodem negotio rescripta, & aliis, videlicet Archiepiscopo Coloniensi, Bertholdo electo Argentinensi, Radulpho juniori Comiti de Baden, Roberto Comiti Palatino Rheni, Duci Bavariæ, Ulrico Comiti de Wirtemberg, Gerlaco & Henrico Comitibus de Nassau. Dat. Aven. XV. Kal. Junii anno XIII.

Phalaridis Epistolæ Latine.
Plinii Epistolæ V. codd.

In XLVIII. pluteo.

Nonii Marcelli 5. codd.
Nicolai Peroti Enchiridion.
Nicolai Tignosii quædam.
M. Tullii Cic. innumeri codices, verum. Orationum omnes.

In XLIX. pluteo.

M. T. Cic. Epistolæ famili. XV. codd.
E Epist. ad Atticum VII. codd.
Aliarum permixtim 2. codd.

In L. pluteo.

M. T. Cic. Rhetoricor. XXII. codd.
De Invent. 8. codd.
De Oratore X. codd.
Orator VI. codd.
Partitiones oratoriæ. 1. vol.

In LI. pluteo.

M. Cato de re rustica 2. codd.
M. Varronis de re rustica 2. codd. de lingua. Latina 4. codd.
Macrobius Saturnalia 3. codd.
Martiani Capellæ 5. codd.
Marii Salomonii Oratio ad Priores Florentinos.
Matth. Herculani Encomium in Leon. X.
Marsilii Ficini Epistolæ.

A

In LII. pluteo.

Leonardi Aretini plurimi codices.
Libanii Epistolæ.
Lancilotti in Columellam.
Laurent. Vallæ.
Boccaccii.
Honofrii de S. Geminiano in Terentium.
Hierocles.
Gasparis Grammatica.
Georgii Vallæ opera.
Galeottus Martius de Doctrina promiscua.

In LIII. pluteo.

Commentatores AuctorumClassicorum & Humanistæ multi.

In LXX. pluteo.

B

Hesychii de claris viris.



BIBLIOTHECA LAURENTIANA
MEDICEA.

Hic Catalogus a duobus Doctis concinnatus fuit.

Pluteus primus a parte anteriori.

I. BIBLIA Hebræa impressa, in folio, nota impressionis cum prima pagina excidit.

C

II. Elias Mizrachi, seu Orientalis Rector Synagogæ Constant. in commentarium Rasci super Pentateuchum, opus commendatum a Judæis, in quo una cum sacri textus expositione, obscura traditionum Hebraïcarum loca elucidantur. Impressus Venet. in folio anno minoris supputationis 287. Christi 1527. *Supputatio enim minor Hebræorum incipit anno Christi* 1240.

III. Psalterium Græcum, Hebræum, Arabicum, Chaldaïcum & cum tribus interpretationibus Latinis; impressum in folo Genuæ anno 1516.

D

IV. *Mirchebeth hamischene* currus secundarius tit. ex Genesis cap. 41. v. 43. Commentarii absolutissimi in Deuteronomium R. Isaac Avravanelis ben-Judæ.

V. Commentarius in Ecclesiasten R. Samuelis b. Tabbun, codex bonus eleganter scriptus in pergameno: sensum literalem plerumque persequitur, atque inde ad moralem deflectit. Auctor comendatus a Maimonide, & ab aliis Judæis, eidem Maimonidi suppar. Hic Comment. a censoribus codicum Hebr. prætermittitur, quare ineditum puto. Incipit, *Fructus justi arbor vitæ.* Langius existimavit hunc esse titulum libri, eo quod literis majusculis exaratum viderit. Sed omnino principium est, ut ex contentu evidenter patet; &

E

idcirco a librario literis capitalibus descriptum, quod semper in principiis novi argumenti observat. At fortasse idem, & principium, & titulus est, ut in Libris Pentateuchi, etsi id asserendum nulla ex codice ratio convincat. Cod. Hebr. in perg. in fol. min.

VI. Excerpta ex Manuscriptis & Comment. Abenesræ in Pentateuchum: Totum edidit Bombergius, sed multis in locis depravatum: Latini juris fecit Conradus Pelicanus.

VII. *Liber Kabalæ* continet Historiam Seniorum per quos Kabbala, seu traditio accepta a Moyse propagata est ad posteros. Codex bonus, ex quo multa ad eruditionem Hebraïcam conferri possunt: Auctor scribitur Abraham Levita; est ille Abraham Levita ben David, qui Kabalam Historicam scripsit, citaturque sæpe a Jo. Buxtorfio in Commentario Masorethico. historico. Cod. manuscript in membrana in quarto.

VIII. Explicatio operis quadrigæ R. David bar Joseph Kimchi. Explicat primo quid per currum sacri Auctores intellexerint. Ubi de Prophetia & Prophetis in genere, deinde procedit ad particulares visiones in quibus Deus Prophetis in curru apparuisse dicitur, ubi de celebri visione Ezechielis. Commentarius brevis est.

Sequitur Tractatus ejusdem Historia *Beres-cit*, seu in Hexameron ubi de cælo, & mundo, & elementis Commentarius, Philosophicus.

Sequitur alius Tractatus, prolixior antecedentibus, de Anima; qui tamen nomen Davidis non præfert; in hoc agitur de anima & ejus potentiis, & operationibus, philosophica methodo: Dividitur in undecim capita. His nectuntur alia Fragmenta in hoc unum volumen compacta, duo de Legibus, tertium de Deo & ejus attributis. In fine Tabula Astronomica ubi de annis *hammehubbarim*, seu embolismi, numero aureo, de Neomeniis, & quatuor Sectionibus. Sunt tredecim tabulæ, inquit titulus, quas scripsit Magister noster Nachsciun, & continent Cyclum Lunarem. Tabula scribitur anno 5313. a creatione mundi, & anno 377. a consummatione operis.

IX. Ezechiel, & 12. Prophetæ minores Hebraïce, codex eleganter, & nitide descriptus in membr. in quarto, venerandæ antiquitatis; pars Zachariæ, & Malachias totus exciderunt, titulus exterior corrigendus qui Danielem habet.

X. Psalterium Armenum manuscrip. in fol. min. Armenice.

XI. Evangelium Armenum manuscrip. in fol. minori Armenice.

XII. Psalterium Syriacum editionis quam apud viduam Hiericuntinam repertam Origenes quintam vocat, inquit Gregorius Barhebræus. Eamdem contuli cum Hebraïco, & textu Septuaginta, & cum neutro convenire deprehendi. Psalterio nectuntur Cantica Veteris & Novi Testamenti, & aliæ preces dicendæ in quadragesima. In fine carmen S. Ephrem de amne sapientiæ, quod Ger. Vossius edidit tomo secundo operum ejusdem S. Doctoris. Codex optime scriptus charactere Maronitico, & antiquitatis non comtemnendæ, quam his verbis notavit Amanuensis: Finem habuit liber hymnorum David anno 162. Alexandri, scriptus ab Hausciab Peccatore in Monasterio Benedicto Kizchajæ. Hoc Monasterium est in monte Libano in Diœcesi Tripolitana.

Dividit Psalmos in Phetgome, seu Sententias, unde primus Psalmus habet 14. Sententias. Secundus 28. & sic de reliquis. Manuscrip. inquarto.

XIII. Missale Romanum cum suoCalendario ex Latino in Armenum conversum a Gregorio Archiepiscopo Armeno: Illum Gregorium esse puto, qui anno 1512. Armenorum Archiep. Romæ creatus fuit; hunc ille codicem scripsit fortasse ad usum suæ Ecclesiæ Naxivanensis in Armenia, quæ Latinum ritum sequi cœpit circa 1318.

XIV. Liber Esther Hebr. manuscrip. in 16.

XV. *Liber Compositionum.* Hebr. Operis Auctor R. Emmanuel ben Salomonis Beneventanus; expositio in Prov. Salomonis hanc ille distinxit in 28. *Compositiones.* Quibus Ethicam omnem complectitur. Liber docto lectore dignus, impressus in quarto.

XVI. Psalterium Hebraïcum impressum, in decimo sexto.

XVII. *Figura terræ*, Tractatus Physico-Mathematicus de cœlo, mundo, & elementis; dividitur in 10. capita. Pars ultima magni operis Astronomici insignis inter suos Mathematici Abraham b. Chaja; hic tractatus nondum impressus, nec alter de musica; reliqui prodiere Basileæ Lat. & Hebr.

A XVIII. Psalmi, proverbia Job, & Daniel. Hebr. in 16.

XIX. Dialogus filii Regis, & Naziri, ex Græco in Arabicum olim conversum, Hebraïcum fecit Abraham Archirabbinus Barcinonensis benChasdai, Liber ethicus & Græca Sapientia dignus, cod. manuscrip. olim editus, vide inferius.

XX. *Megillat Esther.* Historia Esther Hebraïce optime scripta sine punctis, in octavo oblongo.

XXI. Supercommentarius in Commentarium Abenezra in Legem R. Samuelis Mothoth. Hebr. in quarto, Venetiis an. 314. min. supputationis apud Bombergum.

XXII. Tractatus Philosophici de accidente, de oppositis, de imagine quæ apparet in speculo, cujusdam fratris Germani, cujus nomen non indicatur. His nectuntur alii Ægidio inscripti: primus de divisione prædicamentorum, alter de regimine mulierum physicus: ad hæc tractatus prolixus ejusdem, cujus titulus Historia Genesis, in quo de causa prima, de anima rationali, & ejusdem operationibus, & habitibus; hinc de ipsius elevatione ad cognitionem supernaturalem, ubi de prophetia; qua occasione explicantur quamplurimæ visiones Prophetarum, præcipue. Moysis, Isaïæ, Zachariæ, Manue patris Samsonis. Hæc ultima fere sunt R. Judæ ben Moysis filii Danielis, qui supradictos tractatus collegit, & Hebraïce edidit; codex eleganter scriptus in Perg. in quarto.

XXIII. Psalterium Arabicum, titulus exterior corrigendus, qui habet Chaldaïcum; editionis Melchitarum, nempe Christianorum Syrorum, qui in utraque Phœnicia sunt, & ritum Græcorum sequuntur. Hanc adornavit Theodulus Aben Alfathl Diaconus Antiochenus quingentis abhinc annis, ejusque autographum extat Damasci in Syria. Cum textu Septuaginta ferè concordat; adjecta ad hæc Cantica 10. Veteris & Novi Testamenti hoc additamentum habes fere in omnibus Psalteriis Orientalium Syriaco, Arabico, Æthiopico, & Armenico.

XXIV. *Liber Esther* Manuscrip. in quarto Hebr. multa exciderunt.

XXV. Psalterium Æthiopicum quod Johannes Potken, qui illud edidit Chaldaïcum vocat; sed male: Nam etsi lingua Æthiopica cum Chaldaïca conveniat, alia tamen est, & ab eadem magis diversa, quam Hebraïca, aut Arabica.

XXVI. Aba Achmad in analytica Aristotelis interprete R. Mose ben Tybbun, ut indicat alius manuscrip. a Plantavitio notatus in Bibliotheca Medicæa de urbe; etsi loco Abu Achmad Abu Chamad legat; sed idem omnino est, ut aperte ex nostro codice colligitur, in quo utroque modo appellatum invenio. Arabes tamen constanter Abu Achmad dicunt, quos nos secuti sumus, hic est celebris ille Algazelus inter Doctos Arabas insignis, qui plurima alia Arabice scripsit, quæ deinde Hebraïcam & Latinam civitatem meruerunt, ut videre est inferius. Sequitur alius Arabs Aben Rasciab vulgo Averroës in Porphyrii Isagogen, & categorias Aristotelis, sed & in libros

libros περὶ ἑρμηνείας Anonymo interprete, & in libros Topicorum, quos a quodam Hispano in Hetruria Hebraïcos factos fuisse notavit Bartoloccius, ex quo hic multa adnotata invenies. Redit Abu Achmad, de anima vegetativa, inquit titulus, sensitiva, & humana, tractatus prolixus, philosophicus, huic nectitur disputatio de unitate Dei, in qua Christianos mordet auctor R. Samuel ben Tybbun, cui subjungitur libellus de resurrectione mortuorum sine nomine auctoris, sed est R. Moses Ægyptius eodem Samuele interprete ex Arabico in Hebraïcum; codex in quarto in papyro, charactere parum eleganti.

XXVII. Εὐχολόγιον *Hispanum*, seu potius hymni sacri ad idem Euchologion spectantes, horum auctores sunt R. Judas Hallevi ben Samuelis Hallevi celebris poëta Hispanus Abrahamo Abenesræ suppar, R. Isaak b. Gheat b. R. Judæ Cordubensis Archisynagogus, Moyses Abenezra, & R. Salomon b. Ghebirol; codex msc. in-quarto, sed olim impressus cum toto Euchologio Hispano Venetiis.

XXVIII. Codex continens sequentes tractatus. Historia eorum, quæ acciderunt R. Jehusciah b. Levi, ubi de morte ejusdem fabella lepidissima. Homilia in librum Esther. Sermo de oratione, in quo septem ejusdem impedimenta explicantur. Sermo de lege, alius in fabulas Talmud. Sermo de vita Moysis: alter de morte Aharonis. Libri Tobiæ, & Zorobabelis.

Legatio legis Æthiopiæ ad summum Pontificem, in qua multa Christiano nomini injuriosa conficta sunt, ex officina R. Hedalis Aben Sahiia hic inserta: hanc eamdem habes numero 47. plutei sequentis. Sermo in Oseam. Sequitur dialogus ethicus doctus, & sanus filii Regis, & Naziri, interprete Abrahamo bar Chasdai. Quem supra habes n°. 19. in cod. msc. charactere antiquo Hispano: omnia in hoc impressa, quantum colligi potest ex forma characterum, Constantinopoli, nam editionis nota excidit.

XXIX. *Comment. in capitula Patrum.* Tractatus Talmudicus in codice nono quarti ordinis Nezikin. Continens Apophthegmata seniorum ad mores componendos, & legis observantiam conducentia, in sex capita distinctus. Hæc omnia commentario illustrat author Judas b. Samuel Lerma: corrigendus itaque titulus exterior, qui Abarbanelem habet, cod. Hebr. in quarto impressus Venetiis anno min. supput. 313.

In pluteo eodem a parte posteriori.

XXX. Biblia Hebraïca cum Masoreth uncialibus literis elegantissime scripta in membranis. In fine: Ego Jacobus b. Joseph scriba posui hos 24. libros in gratiam R. Moysis bar Jacob Levi, anno post quinquagesimum sæculum quinquagesimo quinto die undecima mensis Nisan, Aprilis. Concedat Dominus illos in hereditatem transmittere filiis suis, & nepotibus ad finem omnium generationum. Amen. Amen semper.

XXXI. Biblia Hebr. nitidissime scripta a quodam neophyto, ut initium indicat, in folio.

XXXII. Biblia Regia Hispanica opera Ariæ Montani edita Antuerp. cum Dictionario Hebraïco-Syro-Chaldaico, & Græco. vol. 8. t. 1.

XXXIII. Tomus secundus.

XXXIV. Tomus tertius.

XXXV. Tomus quartus.

XXXVI. Tomus quintus.

XXXVII. Tomus sextus.

XXXVIII. Tomus septimus.

XXXIX. Tomus octavus.

XL. Codex Evangeliorum Syriacus, vide inferius.

XLI. *Arca fœderis*, MS. Hebr. charactere Hebraïco, agit de creatione mundi, & ejusdem gubernatione, ubi late de divina providentia contra Epicureos, addit plura de prophetia, & prophetarum oraculis, & exponens prima capita Genesis tractat de situ orbis, de iride, de planetis, authhor R. Judas b. Joseph Chorasanensis, Chorasan est regio in Perside, Sogdiana olim. Dividitur in 22. capita: opus prolixum, nec lectore omnino indignum, & quod mirum videri debet in carcere elucubratum, ut ipse author notavit in fronte ejusdem. Extant hujusce tituli duo alii tractatus; alter Simeonis b. Samuelis; alter Salomonis b. Abraham. Primus agit de Kabbala; secundus exponit ad literam variæ scripturæ loca, noster author a Bibliographis codicum Hebræorum prætermissus, citatur ab Abrahamo b. Ezra, & Judas Persa vocatur; ineditum puto.

XLII. *Liber radicum*; auctor est B. Joseph Albo Hieronymia a S. fide celebris Neophyti σύγχρονος, cum quo etiam subire coactus est publicam disputationem: hujus συνοχὴν habes in hoc tractatu, in quo præcipuæ fidei nostræ mysteria convellere nititur, & Judaïcam superstitionem statuere, cod. msc. sed olim impressus Venetiis, & Arimini.

XLIII. *Liber generationum Adam*, Anonymi. Argumentum operis sui author explicat his verbis. Hic liber generationum Adam consummatur verbis magnificis, quæ in mentem hominis cadere possint, & agit de creatione spiritus, de anima, de formatione corporis, & quænam sit origo, productio, & finis animæ, & corporis, & quodnam principium, & ordo dierum illius vitæ æternæ, & quænam sit œconomia proba & improba usque ad finem mortis, & quænam erit corruptio, & quomodo fiat retributio, & pœna, & mortuorum resurrectio: Tractatus prolixus, & bonus, dividitur in 4. partes, in quibus has materias versat, & digerit, codex Hebr. msc. in-quarto.

XLIV. *Scientia animæ.* Tractatus de animæ natura, operationibus, retributione, angelorum custodia eidem deputata, conclusiones suas ex Scriptura, & philosophia plerumque deducit, etsi non semel ad fabulas inepte deflectat, quod cum reliquis Rabbinis vitium illi commune est. Insignis res est, quam de Angelo Samuele cœlestis Hierarchiæ sub finem operis exhibet. Sub initium de mysteriis literarum earumque veritate, plura adducit ex libro Sezira depromta, quæ Reuchlinus edidit. Author est R. Eliazar 6. R. Juda. Idem citat R. Abraham videntem, & ejus librum de præceptis: quod notavi in gratiam Bibliographorum Hebraïcorum. Codex msc. in-quarto.

XLV. Liber Josue, Judicum, Regum pri-

mus & secundus usque ad censum populi a Davide imperatum, reliqua interciderunt, cod. Hebr. in-quarto nitide scriptus, & optime conservatus in pergameno, satis antiquus, sed quædam folia aliena manu inserta videntur.

XLVI. *Commentarius in Ecclesiasten.* Anonymi cum ejusdem Epistola ad Henricum Regem Galliarum, ex qua tamen satis colligi videtur Authorem esse R. Abdiam Siphronæum, seu Sphornum Medicum Italum, filium Jacob Sphorni, qui sæculo superiore sub Henrico III. & IV. scripsit luculenter in Ecclesiasten, & 4. alios libellos, qui Meghilloth dicuntur, nempe Cantica Canticorum, Ruth, Esther, & Hieremiæ lamentationes, cod. msc. sed olim editus Venetiis.

XLVII. *Liber consuetudinum*, seu rituale Judæorum præcipue Germanorum, quorum cerimonias refert, & variis notis illustrat, impressus Rivæ Tridenti, in-octavo.

XLVIII. *Docens scientiam.* Commentarius in Halachot, seu constitutiones juris usu receptas. Hic est tomus secundus decisionum R. Jacob b. Ascher Germani, in quo agit de vetitis, & licitis, quæ pertinent ad cibum, & potum, ubi de jugulatione animalium, de inspectione viscerum, de idololatria, de balneis, de muliere menstruata, de vino libaminum & funerum luctu, omnia illustrantur luculento commentario R. Joseph Karo.

XLIX. *Ornamentum Davidis.* Tractatus in Articulos legis Judaïcæ: in fine adducuntur hymni recitandi in solemnitate Circumcisionis, Nuptiarum, & expiationum. Author David cognomento Vitalis b. Salomonis medicus Toletanus & poëta insignis.

L. *Fundamenta religionis.* R. Nisim F. Mosis, filii Salomonis, filii Mosis. Codex msc. in-quarto; agit de articulis legis, qua occasione multa ex Pentateucho adducit, & explanat.

LI. *Fundamentorum fidei* impress. R. Joseph Albo, hujus aliud exemplar habes msc. numero c.

LII. Liber Job, & Esdræ msc. Hebr. in-quarto.

LIII. *Difficiliores quæstiones super Rasci*, seu excerpta ex Commentario R. Salomonis Sarchi in Pentateuchum continentia varias quæstiones Biblicas, & earumdem solutiones ex mente ipsius Salomonis, codex bonus & rarus, in-folio minore, Rabinico charactere, & difficili scriptus, compilatore R. Isahak Levi.

LIV. *Generationes Isahak*, seu expositiones in Pentateuchum Isahak Karo Toletani: titulus ex authoris infortunio natus, ut ipse testatur: amissis enim filiis Hierosolymam profectus, hos commentarios scripsit, & pro filiis habuit. Excusus Riva Tridenti cum præfatione R. Jacob b. R. David Markaria. an. 318. min. supp. in-quarto.

LV. *Expositio Tropologica* in quinque parva volumina impress. in-folio an. 305. min. supputationis.

LVI. Codex Evangeliorum Syriacus: vide inferius.

LVII. Quæstiones & responsa R. Joseph Kolon Galli ab ejusdem discipulis edita. Venetiis apud Bombergium, an. 279. min. supp. subscribitur Alexander de Cari Revisor.

LVIII. Codex Evangeliorum Syriacus, vide inferius.

A LIX. *Liber illuminans viam.* Concordantiæ Hebr. sanæ scripturæ R. Mardocai Nathan, in-folio, Venetiis apud Bombergium anno 324. min. supput.

LX. *Liber bellorum Domini*, R. Levi ben Geson msc. Hebr. in-folio: agit de præcipuis articulis fidei, & Philosophiæ, & in 6. partes dividitur, quarum prima varias quæstiones exhibet circa rationalis animæ immortalitatem: secunda tractat scientiam futurorum, & artem divinatricem, in qua multa falsa, & impia congerit: tertia de scientia Dei: quarta de divina Providentia: quinta de cœlis, & eorum motu: sexta de creatione mundi. Codex optime scriptus & conservatus: aliud exemplar habes inferius in secundo pluteo nitidissime scriptum. Olim editus Rivæ Tridenti.

B LXI. *Liber Raziel magnus.* Liber scriptus ex Arabum scriptis consarcinatus, quem Hebræorum superstitio putavit, Adamo ab Angelo Raziele revelatum. Dicitur hic magnus Raziel ad differentiam alterius, qui minor appellatur, & est Abulhaphia Doctor Hispanus, qui Razielem appellari se mavult typho plane Judaïco, de quo tamen inferius.

In eodem volumine excerpta ex lib. Sezira de mysteriis Zirsuph: incipit *viginti duæ sunt viæ.*

Finis primi plutei.

In primo pluteo numero XL. Codex Evangeliorum Syriacus uncialibus literis exaratus, & optime conservatus, editio recentior,
C quam Thomæ Heracleensi tribuunt quidam recentiores Gregorii Barhebræi auctoritatem secuti, qui in præfatione sui thesauri sic scribit: Novum Testamentum ex Græco in Syriacum iterum conversum est in urbe Mabug in diebus Philoxeni a Thoma de Charkel. At Charkel non est Heraclea quæ semper alio modo effertur, & scribitur, sed pagus in Mesopotamia, & Gregorii testimonio testimonium ipsius Thomæ præferendum est, qui versionem sub Philoxeno adornatam, tantum emendasse se scribit, nunquam vero suæ versionis meminit. Ejusdem confessionem ex codice ipsius Thomæ manu exarato descriptam ad me misit de hac re consultissimus, idemque amicissimus Dominus Faustus Naironus.

Collatus est autem codex iste cum duobus codicibus authenticis: ac liber iste quatuor
D Evangelistarum ex lingua Græca in Syriacam conversus est perexacte, & magno cum labore, primum quidem in urbe Mabug in diebus Domini mei Philoxeni Episcopi ejusdem urbis; collatus est posthac magna cum diligentia a me Thoma cum tribus codicibus Græcis probatis, & authenticis in Anton. Alexandriæ magnæ civitatis Sancti Monasterii Antonii, ubi etiam illum scripsi mihi ad utilitatem animæ meæ peccatricis, & plurimorum eorum qui diligunt, & quærunt sinceritatem, & Αὐθεντίαν illam utilem divinorum librorum scire, & servare. Scriptus est autem, & collatus in prædicto loco anno nongentesimo vigesimo-septimo Alexandri. Amanuensis nota in fine codicis: Explicit codex iste Evangeliorum in civitate Orphæ, quæ est in
E Mesopotamia in Templo Angelorum Sanctorum in eadem civitate Orpha mense Decem-

bri anni millesimi sexagesimi octavi Alexandri, indictione duodecima. Est autem sanctissimi, & Dei amantis, atque venerabilis Domini mei B. Abrahami, qui præest Sancto cœtui Monasterii Sancti Jacobi, quod est in oppido Karmusc, quod est in regione Orphæ, quem codicem sibi adornavit ipse velut in spiritualem utilitatem suam, & eorum omnium, qui illum legerint. Deducta igitur Alexandri epocha ad nostrum computum, scriptus fuit hic codex anno Christi 759. in quem incidit indictio duodecima ab Amanuensi notata.

Canones Eusebianos, & lectionum tabulam sub initium exhibet, sed hæc adjecta videntur recentiori manu, nec character licet, & ipse perantiquus, ætatem codicis æquat.

Numero LVI. Sacrosancta quatuor Evangelia Syriaca Chaldaïco Stranghelo charactere descripta capitalibus literis in pergameno cum harmonia Ammonii, & Eusebii Epistola. Additæ sunt recentiori manu tabulæ lectionum ad usum Ecclesiæ Maronitarum, quibus respondent ad marginem notæ nova manu adpositæ; aliæ sunt, & ab his diversæ in corpore, ejusdem cum ipso codice antiquitatis, quæ lectionum tempus & ordinem designant; cum illis quæ in Polyglottis exhibentur, non semper conveniunt.

Nota Amanuensis. *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen; qui adjuvit servum suum peccatorem miserabilem, & imperfectum Rabulam Librarium & scripsit. Finem habuit iste codex die 6. mensis Februarii indictione quarta anno octingentesimo nonagesimo septimo Alexandri. Domine da pacem Ecclesiæ tuæ in omnibus locis. Scriptus, & completus est hic in Cœnobio Sancto Domus Domini mei Sancti Joannis in Zagba in diebus Dei amantis Sergii Presbyteri, & Abbatis:* Et paucis interjectis, *Quicumque autem legerit in isto codice oret pro Sanctis, & Dei amantibus, & bonæ memoriæ dignis Joanne Presbytero Monasterii de Larbic: & Isahuk Diacono de Hainata, qui migrarunt de hoc sæculo ad Dominum, quoniam labore eorum, & eorum opera initium habuerunt hi codices, & pro excellenti Christophoro Lugente, & Martyrio Presbytero ejusdem Monasterii, & Nobili Domino meo Damiano legisperito, de domo Protogenis, qui stetit, & curavit post eos, & in ordinem redegit, & conjunxit, contulit, & posuit eosdem codices in eodem Monasterio domus Domini mei S. Joannis in Zagba.* inferius recentiori manu.

Post mortem Romani Presbyteri, & visitatoris Antiochiæ datus fuit hic codex Evangeliorum Ecclesiæ S. Georgii, ut sit bona memoria Presbyteris hisce Romano, & Constantino, & Sociis eorum: et si ædificabitur alia Ecclesia in urbe, hic liber Ecclesiæ quæ ædificabitur, esto.

Ad initium, & finem codicis notantur varia Legata pia, & Donationes factæ Monasterio S. Mariæ Hannubiis, in quo resident hoc tempore Patriarchæ Maronitarum, aliaque monumenta ad idem spectantia. Præ cæteris insigne est sequens, quod cum Ecclesiasticæ historiæ fragmentum sit ne periret huc transcribendum putavimus.

Anno millesimo quadringentesimo & nonagesimo Seleucidarum, (*Christi* 1179.) die nona mensis Februarii, veni ego humilis Jeremias de oppido benedicto Damalsa ad A Monasterium sanctæ Dominæ nostræ Mariæ de Maiphuk in Valle Ailig Provinciæ Botoron ad Dominum meum Petrum Patriarcham Maronitarum & proclamatus fui ab ejus sanctis manibus Metropolita super Monasterium sanctum de Chephtun quod ædificatur ad ripam fluminis (*Adonius*); & permansi ibi quatuor annos in diebus Monachorum habitantium in Monasterio, & sunt Monachus Ezechiel, & socius ejus Isahias, &c. Et elapso quadriennio postulavit me regulus Bibli, cum Episcopis, & Ecclesiarum rectoribus, & Presbyteris, καὶ ἔδωκαν κλήρους, καὶ ἔπεσεν ὁ κλῆρος ἐπ' ἐμὲ, & crearunt me Patriarcham in sancto Monasterio de Chalat: & deinde miserunt me ad Civitatem magnam Romæ, & reliqui B fratrem nostrum Episcopum Theodorum, qui Gregem regeret, & moneret. Iste Jeremias interfuit Concilio Lateranensi sub Innocentio III. ejus effigies adhuc visitur in Templo sancti Petri in Vaticano, & ejusdem Innocentii ad eundem extat diploma. Nota interim ex hoc testimonio authoritatis ineluctabilis invicte refellit fabulosa cujusdam fratris Griphonii acta, quæ in chronicis Fratrum Minorum circumferuntur, in quibus ab eodem Maronitas Christiana primum sacra suscepisse, cum summa Catholicæ ab immemorabili ævo nationis injuria, vulgatum est: hæc forsan παρὰ τῆς ὁδοῦ. Sed ὅπου τις ἀλγεῖ, κεῖσε καὶ τὸν νοῦν ἔχει.

Lectionum tituli antiqui variant aliquando a descriptis in tabulis, quas ad initium codi- C cis adjectas diximus supra, & utrique ab editis in Polyglottis. In his omnibus tamen cultus Sanctorum, defunctorum memoria, sacrorum hominum χειροτονία, jejuniorum, aliique Ecclesiastici ritus laudantur. Hinc præter Ecclesiasticæ traditionis αὐθεντίαν colligitur etiam Syriaci ritus antiquitas, ad cujus Canones ordo lectionum in hoc codice exigitur, nec proinde sacras Syrorum ordinationes adeo esse recentes, ut sæculo sexto, quo hic Liber descriptus legitur antiquiores non sint, sicut a nonnullis perperam existimatum est.

Ad hæc Historiam Adulteræ non habet, verba Christi *Eli, Eli lama sabaktani* in textu S. Matthæi non interpretatur, sed solum in Marco, & Luca: deest pericope ex primo cap. S. Matthæi usque ad versum 23. Antiquitas codicis raro aliam parem inveniet cum superet D millesimum. Annus in subscriptione notatus a Librario fuit Christi quingentesimus octogesimus sextus in quem ferme incidit indictio quarta ab eodem designata sub Pelagio II. Summo Pontifice, & Imperatore Mauritio.

Monuimus supra Evangelici textus distinctionem aliam placuisse Syris, & quidem a Græcis, & Latinis diversam: hæc quidem duplex est, altera per lectiones, altera per oracula, seu Sententias. Prima notatur in corpore textus; secunda ad calcem cujusque Evangelistæ explicatur adjecta epigraphe, quam in editis prætermissam hic reddo.

Finem habuit descriptio Evangelii Matthæi, qui locutus est Hebraïce in Palæstina: in eo autem sunt oracula bis mille quingenta & viginti duo.

E Marci, finem habuit descriptio Evangelii prædicationis Marci, qui locutus est, & præ-

dicavit, & scripsit Romane in urbe Romæ: in eo sunt oracula mille sexcenta, & septuaginta quinque.

Lucæ, finem habuit descriptio Evangelii prædicationis Lucæ, qui Ionice, seu Græce locutus est in magna Alexandria, sunt autem in eo tria millia & octoginta tria oracula.

Johannis, finem habuit descriptio Evangelii Johannis, qui locutus est, & scripsit Ionice in Epheso: in eo autem sunt mille nonaginta & triginta octo oracula. Omnium Sententiarum quæ sunt in 4. Evangelii summa 4224.

Quod Græcis est στίχος, & nobis versus, Syris est phetgoma, nempe Sententia, oraculum, sermo, vox αὐτίχθων, etsi primo aspectu videatur τοῦ ἑλληνικοῦ κόμματος, & ἀπὸ τοῦ φθέγγεσθαι deducta est; nam Danielis tempore, cui vox hæc frequens nondum Hellenismus aliarum linguarum fines invaserat.

Consulto has epigraphas integras fideliter ex Syriaco retuli, ut vel hinc discant Censores quidam τὴν ἀλαζόνειαν, καὶ τὸν τῦφον deponere; sciantque non adeo novam esse Romanorum sententiam, quod Matthæus Hebraïce scripserit, & Marcus Latinis hominibus Latinum dederit Evangelium, ut jactare possint, quod nullum extat hujus rei apud veteres vestigium præterquam apud Damascenum in vita Petri: habent hic in nostro codice antiquam traditionem, cui etiam consonant alia Syriaca exemplaria quamplurima, atque his Arabica, e quibus præter illud quod Kirstenius laudat antiquissimum in vitis Evangelistarum, alios duo ex Vaticano & Coptorum editio Arabica, quæ penes nos, dictis consentiunt.

Numero LVIII. Sanctum J. C. Evangelium editionis ejusdem cum superiore Syro Sermone & charactere descriptum cum Canonibus Eusebianis, & ejusdem Epistolæ ad Carpianum; (corrigendus interpres, qui ad marginem Lacrasinum pro Carpiano reposuit) Literarum majestas, scripturæ vetustas, operis forma superioris codicis ætatem æquare videntur, de qua quo minus certi aliquid decernamus, abstulit idem, qui ultimas paginas distraxit ab illis verbis Christi, *regnum meum non est de hoc mundo.* Ne tamen illa periret omnino fecit usus Orientalium omnia familiæ monumenta gravioris momenti in sacris codicibus describendi. In hoc codice sicut in aliis supra recensitis quamplurima exhibentur: unum do ad rem nostram.

In nomine Causæ omnium. Anno millesimo quingentesimo octavo Filii Archipresbyteri Clementis diviserunt inter se menses, quibus ministrare deberent Ecclesiis suis S. Basilii, & S. Lucii, & fuit pars Barsumæ, December, Januarius, Junius & Julius quatuor menses, & Salomonis, & Philippi alii octo menses. Hinc apparet hujus codicis ætas quadringentis annis major, cum Alexandri Epocha hoc anno 1698. numeret annum a secundo millesimo nonum. Sed multo vetustiorem codicem esse ostendit, quæ sequitur, nota. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti accidit terræmotus die .... Aprilis exeunte feria sexta majori, & ineunte Sabbato majori: & continuit, & deposuit maria, & ædes evertit anno 301. sub Imperio Althaziæ..... sub Præside Damasci Saif..... Ego Simeon Bar Habaisc author hujus notulæ Arabs. Arabum epocha utitur quæ deducta ad nostrum computum hujus codicis ætatem octingentorum annorum dabit. A Præfati Archipresbyteri hæredibus ad Monasterium S. Mariæ de Kannubin translatus ad usum Patrum Maronitarum fuit, ut liquet ex Epigraphe Arabica adjecta.

Censuram horum trium codicum ex Langio desumtam habes in Prolegomenis Bibliorum Londinensium, & in Bibliotheca Orientali Hottingeri, sed utrobique error in supputatione ætatis primi codicis irrepsit, & pro anno Alexandri 1038. annus 1068. suppositus.

PLUTEUS SECUNDUS.

I. Biblia Hebræa cum suis expositoribus, quos inter R. Benjamin de quo sic Pirusc, seu expositio literalis Divre iamim, seu Paralipomenon sapientis Raco Benjamin viri Romani faustæ memoriæ. Est brevis commentarius, seu Verius annotationes in eumdem librum: hæc elucubratio una cum suo authore excidit Bibliographis Hebræorum. Apud eosdem invenies Benjaminum Romanum filium Judæ, ejusque meminit Bachur, censeturque author commentarii in Grammaticam Mosis bar Joseph Kimki; sed omnino alius est ab hoc nostro, cum inter utrumque duo fere sæcula intercesserint. In fine codicis: Ego Salomon filius Doctoris Chaldai scripsi hæc cum suis expositoribus in gratiam honorabilis & excelsi Doctoris Benjamin, filii illustris Rabi Menachem, de Kornaldo & complevi hos 24. libros opera manuum mearum, punctuationem, & concordantiam, & expositiones Rasci Abenezræ, David Kimkhi, & Levi ben Gherscion: memoria eorum in benedictione sit mense Casleu (*Decembris*) anni quinque millesimi centesimi quinquagesimi septimi a creatione mundi juxta computum, quem nos computamus, (Christi 1397.) apud Ferrariam, quæ est ad flumen Padum; & numerus quaternionum ad numerum hujus vocis cha ak nempe 115. Benedictus misericors ille, qui adjuvit nos a principio huc usque ad calcem *Alessandro Scipione Reveditor* 1598. Inferius. Ego F. Renatus Mutina Ordinis Capucinorum correxi 1626. Iste Frater Renatus fuit Neophytus, qui relicta Judaïca superstitione, suscepit, & unà cum Abrahamo Jaghel Hebræos codices multos, & recensuit, & expurgavit.

II. *Liber lucis*, seu splendoris. Tractatus Cabalisticus inchoatus a R. Simeone f. Jochai ut ferunt Hebræi, & ab ejus discipulis perfectus. In eo Cabalisticæ artis, & Rabbinicæ Theologiæ fontes aperiuntur, ex quibus infinita illa errorum colluvies profluxit Cabalistarum somniantium, quorum lucubrationes inferius indicatas suo ordine leges. Codex editus Cremonæ apud Vincentium Contium anno mundi 5319. Christi 1559. in-fol. Prodiit deinde cum aliis editionibus Cracoviæ, & alibi, sed nostra editio correction.

III. *Mekor Chaiim*, fons vitæ; Autor R. Samuel Aben Sena, seu Samuel aben Zartza, utrumque enim nomen usurpat. Est supercommentarius expositionis Abenesræ in Pentateuchum.

chum. Locupletatur animadversionibus, seu glossariis R. * Abba; hoc est R. Abraham ben Ascher Galilaei de urbe Saphet, qui in primos libros Rabbot, seu Genesi, & Exodi scribit: item R. Samuelis aben Tybbon Granatensis, Philosophi Peripatetici, & R. Scem Tou ben Palkera, excusus Mantuae anno 366. minoris supputationis Christi 1606. studio, & cura R. Samuelis Caziz.

IV. *Visio dura*, liber damnatae lectionis. R. Isahak filii Mosis filii Meir impressus Sabionetae anno Judaïco 312. minoris supputationis nostro 1552. in 4o. apud Tob Roach; agit de creatione hominis: Philosophum affectat, & Philosophiam laudat Rambam secutus, Christianis & Mahometanis aeque infensus, in utrosque insurgit.

V. *Porta lucis Harrig.* id est R. Joseph Gigatella ab Orientalibus vulgo Hammekubal, seu Kalalista dictus, scripsit hunc tractatum in quo omnia fere Judaeorum Theologiae arcana explicantur: multa hic habes de divinis attributis, de nominibus Dei, ejusdemque Sephirot. Noster codex est ms. in 4o. sed olim jam saepe editus Mantuae, Venetiis, Rivae Tridentini, & alibi teste Hamezoter de Praga. Liber minime fallens lectorem, & dignus qui a Paulo Riccio Latine redderetur.

VI. *Elucidatio precum*; Multarum aliarum elucubrationum author R. Jehuda b. Moysis, b. Danielis, Philosophus, & celebris scripturarum Scholiastes, scripsit hunc commentarium in preces Judaïcas, quas in Slichot, & Bakkesciot dividit, & erudite exponit: porro cum varii sint pro varietate regionum precandi ritus, & formulae, noster author Hispanum Machazor cyclum, seu εὐχολόγιον sequitur. Nectitur his in eodem compactum volumine volumen alterum, cui titulus:

Commentarius in Hexameron; hujus operis authorem facit Bartholoccius eumd. Schudam, sed fallitur, cum se non authorem, sed interpretem idem Schudas ad calcem commentarii clarissime fateatur. Hanc elucubrationem in indicibus Biblioth. Vaticanae inter ms. legi, nec alibi editionis locus apparet, quare inedita merito censeri potest, quod vix dubitare possumus de altera expositione precum, quam ante attigimus, cum illa censoribus codicum Hebraïcorum Buxtorfio inquam Plantavitio, Hammester de Praga, & aliis omnibus incognita sit. Quod evidens etiam raritatis nostri codicis argumentum est, cod. ms. in-fol.

VII. *Semita vitae.* Hujus codicis author est Joseph Karo b. Ephraïm Hispanus insignis Jurisconsultus, & Synagogae Japhet, cum olim floreret, Archisynagogus qui audire meruit apud suos Mophet Addor, aevi miraculum, quod Nicolai Damasceni olim elogium fuit. Scripserat antea R. Jacob bar Ascer quatuor libros nempe ordinum titulo insignitos, quibus totam Judaïci ritus summam complexus fuerat: hanc eandem methodum secutus noster Joseph Karo totidem volumina edidit in idem argumentum cum scholiis, & animadversionibus in textum ejusdem R. Jacob, titulus itaque primi voluminis, Semita vitae quem hic notamus, reliquos inferius suo loco. In hac parte prima sui operis ea omnia persequitur, quae ad ritus sacros spectant, haec sunt benedictiones, preces, lectiones, solemnitates Neomeniae, jejunia, & quaecumque alia ad Coronam legis, & Sacerdotis attinent, ut Hebraei Doctores loquuntur. Haec omnia partim ex traditione Cheneset Haghedola Synagogae magnae, partim ex utraque gamara, alia denique ex Mischna, id est, summa R. Hakkadosc, & antiquis Jurisconsultis Judaeis consarcinavit, pleraque superstitiosa, & sacro textui contraria. Codex impressus Venetiis in aedibus Pragadini, anno 324. min. supp. in-fol. magno, apud Joannem de Gara characteribus Bombergianis.

VIII. *Pectorale judicis.* Altera pars operis Joseph Karo volumen quartum, in quo agitur de iis omnibus, quae ad judicia, & forum contentiosum spectant, puta de juramento, de testibus, de contradictorio, de mandato procurandi, de contractibus emtionis, venditionis, & caetera; ubi plura de solemnitatibus contractuum aliisque ritibus, quae lectori legere grave minime sit, & adducta a nostris authoribus inveniat. Codex impressus Sabionetae an. 319. min. supput. in-fol. magno, apud Tob. Phoah.

IX. *Lapis adjutorii.* Volumen tertium Joseph Karo, titulus ex capite lib. primi Regum congruit argumento libri, in quo agitur de uxore, quae viri adjutorium est, Gen. cap. 2. ubi de matrimoniis, de instrumento dotali, de repudio, de lege fratris defuncti sine liberis, de votis Nazareatus & caet. Venetiis an. 202. min. supput. eodem Joseph auctore vivente.

X. *Thorator, lex lux.* Titulus exterior corrigendus R. Joseph b. Doro David ben Jachina Lusitani: commentarius in omnes Hagiographos, nempe Psalmos, Salomonis libros, Danielem, Hezram: ex his non pauca edidit, & adnotationibus eruditis locupletavit Constantinus Lempereur ab Oppyck excusus Bononiae. 298. min. supp. Christi an. 1538.

XI. *Commentarius in primam, & secundam partem Moysis* Bar Majemon. Codex eleganter scriptus, & rarus, sed in secunda parte desunt cap. 44. Author hujus commentarii Salomon b. Moysis b. Salomonis, Bibliographis incognitus, quod evidens indicium est raritatis. In prooemio haec habes. Expositio quam fecit sapiens perfectus R. Moses bar Salomonis in unam & alteram partem Doctoris perplexorum Rambam, & illam descripsit Isaïas filius ejus cum tertiam partem non potuisset perficere morte praeventus. Liber Majemonidis quem hic commentator suscepit exponendum, est, ut habes ex modo dictis, celebris Doctor perplexorum qui ab Authore Arabice scriptus, Hebraïce, & Latine redditus, utriusque nationis ingenia exercuit, quorum studio, & labore in lucem prodiit, saepissime doctis locupletatus adnotationibus, sed cum in nulla editione appareat noster commentator, ineditum suspicor. In Commentario hujus primae partis cum authore Commentator tractat de nominibus analogis, & aequivocis, quae recurrunt in sacris literis & praetertim apud Prophetas, locus sane perutilis. His disputationem innectit de Prophetia, de coelo, mundo, & Angelis. Secunda pars periit exceptis quatuor primis capitulis, ubi de Deo Creatore & Motore.

XII. *Hagiographi*, codex optimae notae, &

antiquitatis non contemnendæ, etsi nonnulla desiderentur. Mſ. in-fol. min. in membranis.

XIII. *Expoſitio literalis Pſalmorum* Mſ. in membranis in 4°. Anonymi charactere Rabbinico Hiſpano.

XIV. *Selecta Margarita, liber Ethicus*, complectitur Apophthegmata ex Arabum & Græcorum libris decerpta; titulus Arabici commatis Arabem authorem indicat; hic est R. Salomon b. Ghebirol, qui hanc collectionem Arabice ſcripſit. Hanc deinde celebris Arabicorum librorum interpres R. Moſes Aben Tybbun, ſive Tabbun Granatenſis Hebraïce reddidit. Impreſſus Cremonæ an. 318. ſupput. min. Christi 1558. in 4°. apud Vincentium Contium.

XV. *Fons Sapientiæ*, codex in officina Kabaliſtarum elaboratus, ſolemni deinde mendacio Archangelo Michaëli inſcriptus. Hic eſt liber, inquit Impoſtor in prooemio, quem tradidit Angelus Michaël Angelo Sophieli, & Angelus Sophiel Moyſi; agit de nomine Dei ineffabili Tetragrammato methodo Cabbaliſticis involucris inextricabili. Liber proſcriptus, & tenebris damnatus, quem nondum lucem vidiſſe puto. In indicibus Vaticanæ Bibliothecæ habetur alterum hujus operis exemplar. Huic nectitur in eodem volumine *Paradiſus Heden* R. Joſeph Pigatellæ. Sequitur *Liber fidei* R. Scem Tob Lugdunenſis.

XVII. Lapis Lydius. Auctor Scem Tob B. R. Iſaak, acerrimus noſtræ Religionis hoſtis, qui præter alios libros contra Chriſtianorum fidem elucubratos, hunc etiam ſcripſit, quem in aliquot tractatus partitus eſt, atque in hoc Judæis ſuis notas exhibere ſe jactat, quibus velut Lapide Lydio veram a falſa religione diſcernere queant. Huc pertinent ea, quæ de adventu Meſſiæ congerit ex ſcripturis, quod præcipuum hujus operis argumentum videtur, ut inde Chriſtianos erroris redarguat, & Judæorum alterum Meſſiam exſpectantium perſuaſionem ſtatuat. His ſubjicit apologiam pro Joſepho Kimchi contra quemdam Magiſtrum Alphonſum, quem Religionis deſertorem per ludibrium vocat. Hic impugnaverat librum Belli ab eodem impio Joſeph contra Religionem Chriſtianam conſcriptum; ejus itaque πρόμαχον in hoc opere ſe ſiſtit: ſcriptor flammis adjudicandus. In fine nonnulla exciderunt.

XVIII. *Expoſitio literalis currus Ezechielis*, Anonymi mſ. in 4o. in eodem compactum volumine. Fons ſapientiæ de quo ſupra no. 15. mſ. in 4o. huic nectitur in idem argumentum tractatus R. Simeonis, in quo de futura felicitate & reſtitutione Judæorum plura, mſ. in 4°. ſed olim impreſſus cum ſex aliis tractatibus de Kabala.

XIX. Targum Chaldaïcum cum Onkelos in Pentateuchum eleganter ſcriptum in membranis, exciderunt capita 22. ex Geneſi.

XX. *Lumen intellectus.* Auctor R. Abraham Hiſpanus, qui inter Arabes verſatus Arabicum cognomen Abulhaſia invenit, celeberrimus Kabaliſta imo famoſus impoſtor: vide dicenda inferius, ubi de ejuſdem commentatione nobis ſermo recurret; quod attinet ad præſentem tractatum is fuit a ſuis maxima cum admiratione exceptus, & elaboratis commentariis illuſtratus: agit de nomine Dei, quod ineffabile dicunt, conſueta Kabaliſtarum methodo, qua unice fortaſſe diſplicebit, reliquæ lectorem non male occupaverint. Mſ. alterum exemplar invenio in ſæpe laudatis indicibus Bibliothecæ Vaticanæ in eodem volumine.

Liber unius. R. Ab. b. Meir Abenezræ; tractat de virtute numerorum ab uno ad decem. Subſequitur in eodem codice *Corona nominis boni.* Dividunt Hebræi totum Pentateuchum in 54. Paradcias, ſeu ſectiones ex quibus capitula decernunt ſingulis anni Sabbatis legenda in Synagogis. In capitula ſcribit ſtylo oratorio, & eleganti commentaria, ſeu homilias noſter Author Icem Tov bar Abraham b. Jehuſcah, bar Icaul, bar Moſceh, bar David, bar Abraham b. Gahon. Noſter cod. mſ. eſt, ſed olim editus fuit Venetiis an. Christi 1601. Præmittitur Tractatus eodem titulo inſignis in 10. Sephirot, ſeu perfectiones divinas ex penu Kabaliſtarum a quodam Anonymo erutus.

XXI. *Quæſtiones & reſponſa* Niſſim filii Ruben Gerundenſis: codex mſ. in 4°. anno 5222. a creatione, ſed olim excuſus Romæ & Conſtantinopoli Selimo imperante.

XXII. *Lances juſtitiæ*, ſeu ſtatera juſta; liber ethicus ex Arabico in Hebraïcum ſermonem converſus a celebri codicum Arabicorum interprete R. Abraham b. Chaſdai. Autor Arab Abu Achmad Algazelus, de quo ſupra. Dividitur in 32. ſectiones, argumenta Moralia tractat, & multa in laudem ſapientiæ congerit, quam eſſe definit ultimam hominis felicitatem, paucis deinde ad fidei articulos digreditur, mſ. in pergameno.

XXIII. *Liber creationis, mas oſcuro que las Soledades de Gongora*, & ob ſuam obſcuritatem Theſaurus clauſus a ſuis admiratoribus appellatur Auctor eſt R. Achiba juxta ſaniorem ſententiam, etſi Patriarchæ Abrahamo ab imperita Judæorum ſchola tribuatur. Ex libris Sezira, & Zoar, quotquot de Kabala ſcripſerunt, quorum plurimi in hoc indice recenſentur, tamquam ex turbido fonte biberunt Theologiam ſuam, ad quam lectores ſuos ducere contendit author triginta duabus ſemitis, quas in 22. literis Alphabeti, & in decem Sephirot conſtituit. Sæpius editus, & quidem in Pariſienſi editione Hebraïce & Latine, opera & ſtudio Gulielmi Poſtelli. Noſtra editio locupletiſſima in qua ultra ipſum textum Sezira habes ejuſdem commentatores, Harravad, R. Abraham b. David, Harramau hoc eſt R. Moyſen Botril, Harramban, hoc eſt, R. Moyſen b. Nachman, Eleazarum de Garnyſa, & R. Sahadiam Hagaon cum duplici præfatione altera Harravad, altera Harramau in 4°. apud Jacobum Cohen.

XXIV. *Expoſitiones literales in Prophetas poſteriores.* Nempe Iſaïam, Jeremiam, Ezechielem, 12. minores, & in libros Job, Samuelis, & Regum. Omnes ſine nomine authoris, ſed expoſitio in Jeremiam & Ezechielem eſt R. Salomonis, etſi ejuſdem nomen non præferat: illa in Samuelem omnino non eſt Raſci, ſed alterius poſterioris, cum idem citetur in prooemio, ſub initium habes fragmentum commentarii in lib. Judicum. Liber Job ultimus eſt in codice, codex in 4°.

XXV. Expoſitio literalis currus Ezechielis: prolixo commentario illuſtratur primum caput

ejusdem Prophetæ: in eodem volumine binæ dissertationes breviſſimæ altera, in Iſagogem Porphyrii, altera in Ariſtotelis Categorias, ubi de prædicamento ſubſtantiæ tantum, codex Hebr. mſ. in 4°.

XXVI. *Lux populorum.* Complectitur varias concluſiones, & Theologicas, præcipue circa Dei Providentiam, adverſus Epicureos, & de anima. Dividitur in 15. quæſtiones, auctore R. Abdia, Sphornii, excuſus Bononiæ anno a creatione 5327. Chriſti 1588. in eodem volumine תורה אור Lex lux, ejuſdem R. David b. Sechia. Tractatus Theologicus de immortalitate animæ, & vita beata; de Paradiſo Terreſtri, de juſtorum præmio, & iniquorum poena in ſæculo futuro. Imolæ ſcriptus, & excuſus Bononiæ an. 5298. a creatione.

XXVII. *Vexillum Amoris*, cum expoſitione Anonymi: titulus deſumtus ex Canticis 2. 3. Putat Bartolocius eſſe R. Samuelis b. Helchanan de Arkavolti. In editione tamen noſtri codicis, quæ Veneta eſt anni Judaïci 311. dicitur tantum inventus in Bibliotheca ejuſdem Samuelis, ſine nomine authoris, & expoſitoris. Libellus Ethicus de contemtu mundi ſtilo elaboratus Venetiis an. 5311. in eodem volumine ſine nomine auctoris & expoſitoris: conſtitutiones uſu receptæ de mactatione animalium pro cibo R. Meir Rotenburgenſis. Excuſus Ferrariæ.

XXVIII. *Epiſtola animalium*, Kalonimo ex familia Kalonimon interprete, qui ex Arabico in Hebraïcum tranſtulit, quem ex Græco in Arabicum verterat Abu Altapha, & ex Arabico Turcicum fecerat Amani. Liber Latinis non diſplicebit, qui tot nationibus placuit, ſi accuratum interpretem inveniat. Excuſus Mantuæ, in-quarto. In prooemio operis. Scias, inquit interpres, hanc eſſe partem ex magno, & prolixo opere Arabico; tranſlationem abſolviſſe ſe dicit anno 5076.

XXIX. *Baſilica orantium*, hymni Hebraïci ad ritus Judaïcos ſpectantes cum interpretatione Italica R. Samuelis de Caſtro novo, quibus ſubjicitur ſupplicatio in die circumciſionis juxta ritum Judæorum Romanorum, codex Hebr. mſc. in-16. ſed olim excuſus Venetiis. In fine fragmentum ſcutellæ argenteæ R. Samuelis.

XXX. *Ordo precum*, ſeu Εὐχολόγιον Hiſpanum Venetiis anno 5306. in-16.

XXXI. *Quæſita & reſponſa legalia* R. Meir ben Baruch. cod. Hebr. excuſus Venet. an. 316. min. ſupp. & alibi inter Commentarios Rav Alphes opera, & ſtudio R. Mordacai: ex his, inquit titulus, decerptæ ſunt magna ex parte, Animadverſiones in libros 14. Hajiad R. Moyſis Ægyptii quas R. Meir Hacohen tribuit auctor Juchaiin.

XXXII. *Liber candidus*, ſeu illuſtris, & ſplendidus, hoc titulo nequaquam indignus. In quo plurima myſteria de adventu Meſſiæ, aliiſque Chriſtianæ veritatis articulis explanantur; Auctor R. Nechonia b. Hakkanna celebris inter Hebræos doctor. Hunc floruiſſe nonnulli ferunt ante Chriſti adventum, alii tamen eidem ſuperſtitem faciunt, & Apoſtolo Paulo σύγχρονον. Ineditus, ex quo tamen plura a Kabaliſtis citata, ac pervulgata reperies, cod. mſc. cum præfatione R. Eliezer b. Orkanos, cod. Hebr. in papyro, in-quarto.

A XXXIII. *Tabernaculum refugii*, Lexicon. Synonymorum R. Salomonis b. Abraham b. Samuelis de Urbino. Excuſum Venetiis anno 5308.

XXXIV. Tractatus de feſtis Judæorum cum tabulis Tekuphot, & Hibbur Anonymi. In eodem volumine Gemmæ electiſſimæ de quo ſupra... mſc. in-quarto, caret principio, & fine.

XXXV. *Epiſtolæ familiares* variorum. Inſignis eſt Epiſtola R. Iſraëlis Hieroſolymitani ad Abrahamum Peroſa, & ad eumdem altera Raphaëlis ex eadem urbe, mſc. in-quarto.

XXXVI. *Obligatio cordium* Authore R. Bechai Haddaian. Judæus Arabs Arabice ſcripſit, ex Arabico R. Judas b. Saül Aben Tybbon Granatenſis hanc Hebraïcam editionem adornavit. Liber Theologicus, in eo inſignis locus de præſtantia animæ rationalis, & alter de mundi contemtione & amore Dei, cod. Hebr. impreſſus Cremonæ an. 5316.

B XXXVII. *Liber lucis.* Tractatus Kabaliſticus Anonymi nunquam excuſus, inquit Plantavitius, cod. mſc. in pergameno, in-quarto.

XXXVIII. *Liber ſplendoris*, eſt pars ſecunda operis Raïsbi, vide ſupra. Sequitur, *Liber myſterii*, tract. Kabaliſticus.

XXXIX. *Fons hortorum* in 5. canales effuſus. Quinquaginta Epiſtolæ familiares, quarum viginti quinque habent adnexas reſponſiones; liber Philologis ſcriptus eleganti, & elaborato ſtylo a R. Samuele Arkavolti. Cod. Hebr. impreſſus Venet. anno 313. Chriſti 1553. in-octavo. In eodem volumine *Uſus pſalmorum*

C verius abuſus pſalmorum; libellus ab ipſis Judæis damnatus ad profanos, & ſuperſtitioſos uſus, verbo Dei abutens, ex quo nonnulla Curatus quidam in Gallia edidit in ſuo tract. de Geomantia, & cæt. Sequitur *Teſtamentum Judæ Hechaſid*, continet varia præcepta circa ſepulturam defunctorum aliaſque legis obſervantias, libellus brevis, & ineptus. Refert fabulam de Angelo percuſſore levante gladium in aqua *proſtante in domo mortui.* Ad hæc *volumen Epiſtolarum* inventum in manu cujuſdam Hiſpani, inquit Titulus, in eo paradigmata Epiſtolarum exponuntur ad uſum juvenum diſcentium & ſunt numero 112. de quovis argumento. Huic nectitur commentarius brevis de conſtructione carminis Hebraïci; ad hæc exordia, & prooemia, quibus uti liceat ſcribenti

D ad viros cujuſvis gradus, & dignitatis, & alia uſurpanda occaſione feſtorum currentium. Cod. imp. Venet. cum præfatione R. Scelomo filii Samuelis. Sequuntur *arcanum captivitatis, expoſitio literalis*, Libri R. ut R. Iſahak Hacohen F. Joſeph. Item. *Liber geſtorum* in quo ad confirmanda varia Ethica dictata afferuntur plura exempla ex penuario Hebræorum depromta Ferrariæ an. 312. In eodem *iter viarum ſcientiæ.* Grammatica Moyſis Kimchi F. Joſeph, & fratris D. Kimchi cum ſcholiis Eliæ Levitæ Germani, cod. mſc. ſed olim editus Romæ, & cum verſione Latina Baſileæ a Munſtero.

XL. Decerpta ex Talmud, cod. Hebr. in-octavo mſc.

XLI. *Liber lucis*, titulus exterior corrigendus. Tractatus Kabaliſticus de nominibus Dei,

E vide ſupra numero XXXVII. ſcriptus an. 5086. a creatione. In eodem volumine ex-

positio literalis currus, commentarius in primum caput Ezechielis cum paraphrasi Chaldæa Jonathan b. Uzielis. Sequitur *Janua mysteriorum* expositio Kabalistica super psal. 19. R. Theodori Levitæ, msc. Habes aliud exemplar in Biblioth. Vaticana. Item *Porta justitiæ*, Tractatus de usu matrimonii; & alter de mysteriis Kabalæ, & aliæ quæstiones de spiritibus, de oratione, de embolismo, de pœnitentia, de oblatione, de vestibus sacerdotalibus, cod. Hebr. msc. in-quarto. Absolvi hæc omnia, inquit Amanuensis, cujus nomen de industria deletum est, mense Thebet anno 381. min. supp. a creatione.

XLII. Codex Hebr. in quo continentur varii tractatus alia, atque alia manu exarati, atque in unum volumen compacti, primus *Porta Cœli*, fragmentum R. Abraham Abenesræ de aquis, quæ super coelos sunt, de Angelis, & eorum substantia, & immaterialitate, de materia cœlorum, eorumque incorruptibilitate, brevissime, & per lemmata, sequitur tractatus prolixus, in 11. capita distinctus sine titulo, sed apparet ex contextu quod sit *fundamentum legis*, tractatus insignis, & doctus ejusdem, ad quem spectare potest præcedens fragmentum; in hoc ex professo de Masoræ & Gamaræ authoribus, aliisque argumentis ad legem spectantibus. Ad marginem habes doctas adnotationes anonymi, ex quibus, tum etiam ex ipso contextu, ostenditur authorem hunc tractatum scripsisse in Anglia.

Fundamentum Arithmeticæ, in quo explanantur hujus scientiæ principia, in quinque gradus dividitur tractatus brevis ejusdem Abenesræ.

Quæstiones propositæ ipsi a quodam David b. Joseph Narbonensi, quarum solutionem rescribit hic idem Abenesra.

Ænigmata, & parabolæ ejusdem, item fragmentum in titulum Proverbiorum Salomonis, & ejusdem libri Synopsis.

Commentaria in Allegorias Abenesræ, seu in expositionem Allegoricam ejusdem in aliquas parascias, seu sectiones Pentateuchi, ad hæc:

Comment. in libr. Abenesræ de arcano formæ literarum, tractatus plane Kabalisticus, de quo hæc in titulo Amanuensis nota. Inveni hoc supra in parte 3. ex scriptura illius sapientis Eliezer de Norcia. Hic est commentarius Sefer Tomunat illius sapientis Abenesræ; ex quibus an hic commentarius adjudicandus sit ipsi Eliezer, lectori judicium esto. Item:

Tractatus de nomine glorioso, & terribili illius sapientis Abebesteir Hispani ad Isahak ben Juda principem, & ad Abraham ben Chaiim.

XLIII. *Expositio in parascias Legis*, seu Pentateuchi, sunt autem Parasciæ, seu sectiones Pentateuchi 54.

XLIV. Gemmæ electissimæ, lapis Lydius, obligatio cordium, omnia in unum compacta volumen: vide singula suis locis, ad hæc *Epistola probationis*, seu examinationis sæculi R. Ab Abonith. Agit de vanitate sæculi. Excusa Venet. an. 306. Ibidem, & eodem anno reliqua impressa sunt, sed obligatio cordium anno 308.

XLV. Expositio in librum Job, cui nectitur fragmentum in primum caput Geneseos. Sequitur Epistola Didascalica Ethica R. Judæ b. Sciaul Aben Tabbun ad filium suum Samuelem de Oeconomia, msc. Hebr. in-quarto. Hujus Samuelis libellum de unitate Dei, & alium de resurrectione mortuorum ex Arabico Majemonidis in Hebraïcum conversum habes in pluteo primo.

XLVI. *Carmina de regimine corporis, & animæ.* R. Scem Thou bar Joseph b. Palkeræ libellus Ethicus, & Medicus, in quo aliam Epistolam Didascalicam scripsisse se dicit, quæ fuit impressa Pragæ: cur hæc in eadem editione prætermissa fuerit nescio, nec alibi editam scio. Epistola supradicta de regimine corporis, & animæ in 16. cap. dividitur, in quibus præscribit regulas tuendæ valetudinis.

In eodem volumine carmen de spiritu Aben Esræ, in quo sapientem alioquin auctorem plane desipuisse videtur. Ut enim olim Lucianus Lucernarum in cœlo nocturna comitia, & conversationes finxit; sic iste animarum, quæ nocturno tempore cælum conscendentes, hominum actiones Angelis referant. Hic tamen a suis Judæis Chacam, hoc est, κατ' ἐξοχὴν Sapiens, appellatur. Sanior Libellus, qui sequitur in eodem volumine:

Lauda anima mea, R. Bechai b. R. Joseph. Colloquium inter autorem, & animam suam, in quo proposita severitate divini judicii eamdem ad meliorem frugem adducit. In eodem volumine.

Scutella argentea R. Joseph Hazovi poëtæ insignis Hispani, carmen egregium, in quo docet filium suum nuper uxoratum domui suæ bene præesse, & suorum domesticorum curam habere: continet 113. versus metricos ad numerum Siclorum, quos ponderasse docet Liber numer. cap. 7. vers. 13. Scutellam argenteam a Nachason oblatam.

XLVII. *Epistola viarum mundi*, seu sæculi, Liber Geographiæ universalis ex nostris Autoribus collectus a R. Abraham b. Mordachaï Avenionensi cognomento Perysul. Ab his tamen non semel deflectit, & in fabulas dilabitur quas ex itinerario R. Benjamin hausit. Insignis est illa de regno Israëlitarum in partibus interioribus Africæ, & flumine Sabbathio, & ut ipse scribit Sambathio, & de politia 10. Tribuum, quas Salmanasar Rex Assyriorum in captivitatem duxit, & ut ipse ait Alexander Magnus intra portas Caspias altissimo muro conclusit. Cod. manuscrip. sed olim editus Ferrariæ.

XLVIII. Pars altera Libri Zohar cum adnotationibus Latinis, usque ad finem totius operis. Sequitur Liber Cosri tractatus ingsinis; Arabice primum scriptus fuit ab Isahaco Alsangiari (perperam alii Almangari,) Sangiar autem Urbs celeberrima in Mesopotamia & ab Ulug Beigo in tabulis Geographicis in eadem Regione collocatur in latitudine gradus 36. & longitudine gradus 76. deinde Hebraïce redditus est a celebri Arabicorum operum traductore R. Juda Aben Tabbun. Dialogus doctus inter Regem Cozri, & Judæum, qui Chaver, hoc est sapiens, dicitur, & Regi Cozri Judaïcæ religionis articulos suadere nititur, ac tandem persuadet. Editus fuit a Jo. Buxtorfio filio cum notis, quas illi ministrarunt variorum in eumdem dialogum scholia. Nota interim nomen Chozri non Persarum

sarum Regem indicare, ut idem Buxtorfius credidit, & alii ejus autoritate ducti, sed quorumdam Tartarorum, quorum regio Geographis Arabum dicitur Chozr, aut Chozar, ejusque regionis incolæ Chozr, aut Chozari: de quibus agit autor libri, *Elenchi mirabilium Albupheda* Apamea Princeps, & in suo Canone Abu Richan Albairuti, non Albiruni, ut male Bravius in præfat. ad lectorem in binas Tabulas Geographicas, unius puncti defectu allucinatus. Birun enim portentum est, non nomen. Bairus vero est Urbs Phoeniciæ Maritimæ, quæ antiquis Beritus celebre emporium, & sapientum tum Græcorum, tum Arabum Licæum. In Tabulis Persicis Nesir Altusæi legitur *Belengiar* est sedes Regis Chozr in latitudine gr.46. 30. longitudine gr. 85. 20.

XLIX. *Conciones, seu Homiliæ in Pentateuchum* anonymi: cod. Hebr. manuscrip. in-quarto.

L. *Visio dura* R. Isahac Arama, cod. Hebraicus impres. Sabionetæ an. 5312. vide supra.

LI. *Expositio literalis in Ecclesiasten*. Commentarius prolixus anonymi. Huic nectuntur dissertationes duæ *de intellectu agente, & passibili*, cujus aliud exemplar extat in Biblioth. Vaticana.

LII. *Ordo precum*, seu, Εὐχολόγιον & ἀνθολόγιον Hispanum, in quo impia quædam contra Christianam Religionem in Officio diei Purim. Sequuntur in eodem vol. capitula Patrum; de his vide supra cod. Hebr. manuscrip.

LIII. Altera pars Libri Zohar, cui nectitur liber candidus, de quibus supra. Item:

Tractatus de punctis anonymi opus inextricabile, & irremeabilis error. Syrus auctor tractans hoc idem argumentum nuncupavit Librum hunc, *Rete punctorum* profecto adeo prolixus, adeo irregularis, & varius est totus iste apparatus punctuationis Orientalium, Hebræorum inquam, & Syrorum, ut rete quoddam merito dici possit ad laqueum, & torturam discentium excogitatum.

LIV. Synopsis Legum Imperatorum Sinensium, cod. impressus Sinicus.

PLUTEUS TERTIUS.

I. *Pentateuchus*, cum Commentario Rasci & cum Paraphrasi Chaldæa usque ad cap. XII. Numer. Item, *Liber quinque voluminum* cum Commentariis: descriptus manu Salomonis b. R. Chasdan. Cod. Hebr. manuscrip. vetustissimus, & nitide scriptus in fol. magno.

II. *Pentateuchus* cum Paraphrasi Chaldæa, & Comment. Rasci, & Moysis b. Nachman Gerundensis, & scholiis R. Isahak Abuhab. Adhæc:

Quinque parva volumina cum Comm. Rasci apud Bombergum, & Haphtarot. ann. 5308. Venet. in folio.

III. *Pentateuchus* scriptus charactere Teutonico cum paraphrasi Chaldæa, & Comment. R. Salomonis Jarchhi, cum variis Lectionibus utriusque scholæ ben Ascher, ac ben Nephtali & cum Haphtaroth, & Meghillot. In fine Amanuensis notat: scripta sunt hæc ab Isahak b. Menachem Hanikdam qui & puncta adjecit die 24. mensis Adar, hoc est Martii, anni a creatione 4051. in gratiam R. Matthiæ Garasi. Cod. Hebr. manuscript. in folio pap. majori. Utinam ille tantam saperet antiquitatem quantam ostentat ista suscriptio, cujus sola authoritas antiquam de vetustate punctorum Hebraicorum litem magna ex parte componeret; quapropter in annorum nota suspicor mendum, & pro quinto quartum subrepsisse, aut de industria substitutum ad augendum codici pretium, cujus doli non leve etiam indicium est in eadem subscriptione litura. Suspicor, inquam, loquendo de ipso textu scripturæ, nam quantum ad Commentarium Rasci repugnat evidentissime ætas ejusdem, qui sæculo duodecimo ab Incarnatione vivere coepit natus anno 1105.

IV. *Deuteronomium Haphtharot*, & *Meghillot*. Cod. Heb. pervetustus, cui recentiori manu adjecta videntur puncta. In Membr. in-quarto.

V. *Tractatus Medicus* R. Juda, qui & Dominus Leo apud suos audit. Cod. Hebr. manuscrip. in-quarto, in pap.

VI. *Expositio Literalis*, & *moralis*, in Pentateuchum: opus insigne R. Levi b. Ghersciom, sæpe editum Pisauri, deinde Venetiis. Noster codex manuscrip. in membranis antiquissimus, & ipso Ghersc ionide vivente exaratus; ut patet ex nota Amanuensis: complevi, inquit, hunc codicem die 23. Sciabat h. e. Februarii anni 98. millesimi sexti. Absolvit autem hunc commentarium idem Ghersonides anno 5090. qui fuit Christi 1330. ut docet auctor Suchassin: ex quo licet plurimam laudem consecutus sit, plerisque tamen suspicionem fecit de se proditæ religionis, quasi fidei doctrinam Philosophorum authoritati posthabuisset. Ex hoc manuscrip. & ex altero supra recensito multi errores corrigi possent, qui in editis irrepsere.

VII. Codex Latinus in quo continentur 1°. Epistola R. Samuelis Marochliani de adventu Messiæ contra Judæos ad R. Isahak Archisynagogum in eodem regno. Ex Arabico in Latinum vertit Alphonsus Bonhomius Hispanus, Ord. Prædic. & Hugoni Magistro Generali sui Ordinis inscripsit: Incipit, *Conservet te Deus frater*. Olim edita etiam Italice in eodem vol. Nicolai Lyrani adversus Judæos disputatio de Christi adventu: Incipit, *Quæritur utrum per scripturas a Judæis receptas*, &c.

Evangelii defensio adversus blasphemias cujusdam Judæi, ejusdem Lyrani: Incipit illis verbis Apostoli *potens sit exhortari*. Exarata Veronæ anno 1428. a quodam fratre Michaële de Provincia Coloniæ.

De restitutione rerum ablatarum: Scoti.

De Baptismo tractatus Francisci de Maytonis, & sic constanter scribit, non Maronis, ut alii, cujus sunt etiam sermones:

1. Super *Missus est*; Incipit: *quia instante devotissimo tempore Adventus.*

2. De Articulis fidei.... *Optandum est.*

3. De S. Agatha. *Verba ista ad literam dixit Angelus Raphaël Tobiæ.*

4. De Gratia. *Quia in divinis Sermonibus.*

5. In Festo Corporis Christi. *Tria sunt præconia*: ad hæc Landulphi, & non Ludolphi, ut alii volunt, Saxonis Carthusiani sequentes Sermones.

1. In Cant. *Magnificat.. hoc est Canticum*: In idem alius Sermo anonimi. 2. de Mortuis.

3. in Festo Conceptionis, seu Sanctificationis V. M.

4. In secunda Dominica Adventus.

5. In tertia Dominica Adventus.
6. De tentatione Christi.
7. Omnia sunt manu exarata anno fortasse supra notato, partim in membranis, partim in papyro. Cod. in 4°.

VIII. *Expositio totius scripturæ*, codex Hebr. R. Salomoni Jarchi inscriptus: continet autem commentaria in omnes Prophetas priores, hoc est Pentateuchum, Josue, Judicum, Samuëlis, & Regum Libros. In Hagiographos, hoc est, Job, Ruth, Psalmos, Prover- & Cantica Cant. Threnos, Daniel, Esther, Esram, & Ecclæsiastem. Desunt reliqui in Nehemiam, & in lib. Chronicorum, qui ad classem pertinent; præterea omnes Prophetas posteriores, hoc est, Isaïam, Jeremiam & Eschielem 12. Minores. Sed nota primum expositionem in 12. Minores non esse Rasci, sed Joseph Karo, qui in titulo nominatur: item Commentarium in Danielem esse Sahadiæ cujus nomen etiam præfert: rursus Comment. in Isaïam, & reliquos Proph. Minores non esse Rasci. Contuli cum aliis exemplaribus; est omnino diversus; sicut etiam alter in Ecclesiasten, & Esther. Omnia manu exarata nitide, & eleganter in membranis: in aliquibus tamen paginis, ob nimiam vetustatem fugiente jam atramento, multa vix legi possunt: nota excidit ætatis, cod. in-fol. optimæ notæ.

IX. Responsa Nissim Gerundensis, cod. Heb. impressus Romæ anno 5305. in 4°.

X. Pentateuchus cum paraphrasi Chaldæa, Masora parva, Meghillot, & Haphtharot cum Scholiis anonymi, codex elegantissime exaratus in membranis, & vetustissimus omnium quotquot huc usque recensui. Scriptus enim fuit ante annum 238. ex quarto millesimo qui fuit Christi 498. in civitate Alexandria ut colligitur ex nota temporis cujusdam contractus appositi in ultima pagina. Textus scripturæ notatur punctis, & accentibus, qui vetustatem codicis æquare videntur.

XI. *Commentarius Rasci* in lib. Josue, Judicum, Samuelis, & Regum, & in Prophetas omnes posteriores, excidit ultimum caput Malachiæ. Cætera nitide scripta in membranis, in-folio parvo; sed aliqui versus ex nimia vetustate deleti omnino legi non possunt. Omnia in lucem prodiere Hebraïce, & aliqua etiam in Latinum conversa sunt.

XII. *Doctor Perplexorum* Rambam, inextricabili charactere exaratus in membranis, Hebraïcus ex versione R. Samuelis B. Thabbun cum ejusd. Commentario in voces exoticas ab eod. Rambam in hoc opere adhibitas. Codex antiquus in pergameno, & bonæ notæ, qui ut ipse deprehendi in multis, ab exemplaribus jam editis dissentit.

XIII. Pentateuchus, Meghillot, & Haphtharot cum notis, & Scholiis collectis ad verbum ex Radack Rabah Razi, Rambam & aliis. Venetiis ann. 1307.

XIV. *Pentateuchus* cum paraphrasi Chaldæa, codex Hebr. pereleganter exaratus in membr. in 8°.

XV. *Doctor perplexorum* Rambam, cum Commentario Ephodæi, & R. Scem Tov. excusus Sabionetæ ann. 5313.

XVI. Glossa R. Jacob Bahal Haturim in Scripturam, impres. Venetiis 5304. in eodem volumine.

Incessus sæculi R. Josua Levi. Ad hæc:

A *Aditus doctrinæ* R. Samuelis Hanaghid, impres. Venetiis ann. 303. minoris supputationis.

PLUTEUS QUARTUS.

AUTHORES GRÆCI.

I. Ms. membr. antiq. Actus Apostolorum cum Scholiis antiquis.

Epistolæ Catholicæ Apostolorum cum argumentis, & Scholiis antiquis.

Epistolæ B. Pauli cum Scholiis antiquis, desunt nonnulla in fine. Codex X. sæculo scriptus est.

II. Membr. antiq. D. Basilii expositio in Isaïam Prophetam in medio, & in fine nova manu suppleta.

B III. Membr. Athenagoræ Atheniensis Philosophi Christiani liber de Resurrectione.

Stephani Byzantini de urbibus, & populis per ordinem alphabeti digestis. Codex hic scriptus est Venetiis sumtibus Magnanimi Laurentii de Medicis anno a Nativitate Domini 1492. Martii 31. manu Joannis Rhosi, Presbyteri Cretensis.

IV. Membr. antiq. Sermones, sive Homiliæ variorum SS. PP. in aliquot Festa Sanctorum mensis Septembris, Novembris, Decembris, Januarii, Februarii, & Martii Videlicet:

Septembris.

Andreæ Archiepiscopi Cretensis encomium in Nativitatem Supersanctæ Deiparæ.

C Joannis Monachi Damasceni Sermo in Nativitatem Supersanctæ Deiparæ.

Andreæ Archiepiscopi Hierosolymitani in semper venerabilem Nativitatem Sanctissimæ Deiparæ.

Ejusdem Sermo in eamdem ostendens eam ex semine David descendere.

Ejusdem Sermo in natalem diem Immaculatissimæ D. N. Deiparæ, & semper Virginis Mariæ, & demonstratio ex sacra historia diversisque authoritatibus, quod ex semine David descendit.

Sophronii Archiepiscopi Hierosolymitani Sermo de Exaltatione venerabilis Crucis, & sancta Resurrectione.

Pantoleonis Presbyteri Monasterii Constantinopolitanorum Sermo in eamdem.

D Encomium venerabilis Crucis margini adscriptum est Chrysostomi.

Sermo in venerabilem Crucem, atque vivificam.

Vita, & Gesta, & Martyrium Sanctæ Matris nostræ Sosannæ.

Laudatio Conceptionis S. Præcursoris & Baptistæ Joannis.

Novembris.

Pantaleonis Diaconi magnæ Dei Ecclesiæ enarratio præstantissimorum Miraculorum S. Michaëlis Archangeli.

S. Patris nostri Theodori Studitæ Testamentum.

Naucratis ad persecutionem patientes propter Christum, & qui ubique in dispersione sunt spiritualibus Fratribus, atque Patribus.

E S. P. N. Archiepiscopi Constantinopolitani Chrysostomi encomium in magnum martyrem Romanum.

S. P. N. Joannis Chrysostomi encomium S. Martyris Barlaam.
S. P. N. Germani Archiepiscopi Constantinopolitani in ingressum, sive Præsentationem Sanctissimæ Virginis Deiparæ.
S. P. N. Procli Archiep. Constantinopolitani encomium Sanctissimæ Deiparæ Mariæ, quod legitur in quavis ejus Festivitate.
Georgii Metropolitæ Nicomediensis Sermo de ingressu, sive Præsentatione Sanctissimæ Deiparæ.

Decembris.

Vita S. P. N. Joannis Damasceni conscripta a Joanne Patriarcha Hierosolymitano.
Georgii Metropolitani Nicomediensis Sermo de Conceptione Sanctissimæ Deiparæ.
S. P. N. Joannis Archiepiscopi Constantinopolitani Chrysostomi Sermo de fugiendis spectaculis, & de Abrahamo: legitur in Dominica Sanctorum.
Danielis Prophetæ visiones.
Joannis Archiepiscopi Constantinopolitani Chrysostomi de Beato Philogonio, qui de Causidico Episcopus factus est.
Athanasii Archiepiscopi Alexandriæ Sermo de descriptione, & de S. Virgine & Deipara Maria, & de Joseph.
Sermo in Nativitatem Domini Jesu Christi.
In eamdem Sermo, forte Chrysostomi, ut adnotatum est alia manu.
S. Gregorii Nyssæ encomium S. Protomartyris Stephani.
Ejusdem in Natalem Domini & in infantes in Bethlehem ab Herode interfectos.

Januarii.

Amphilochii Episcopi Iconii in vitam, & miracula S. P. N. Basilii, Archiepiscopi Cæsareæ Cappadociæ.
Sermo in octava diei Circumcisionis D. N. J. C. & laus brevis in Basilium Magnum.
Vita, & Gesta S. P. N. Sylvestri, qui fuit Episcopus Romæ.
Gregorii Episcopi Neocæsareæ Thaumaturgi Sermo in Theophania.
S. P. N. Joannis Archiep. Constantinopolitani Chrysostomi Sermo in S. Theophania.
Vita & miracula Sanctæ Matris nostræ Dominicæ.
Martyrium S. Martyris Tatianæ.

Februarii.

Joannis Chrysostomi in Hypapanten, seu Præsentationem Servatoris & Deiparæ, & in laudem Simeonis.
Cyrilli Hierosolymitani in eamdem.
S. P. N. Joannis Chrysostomi Encomium S. Meletii Episcopi Antiochiæ.
Sermo comprehendens primam, & secundam, & tertiam venerabilis capitis Præcursoris Inventionem.

Martii.

Vita compendiosa, & Encomium S. Theophanis Sygrianensis.
Vita S. Alexii Viri Dei.
Martyrium S. Hieromartyris Basilii Presbyteri Ecclesiæ Ancyranæ.
S. Gregorii Archiepiscopi Neocæsariensis Encomium in Annunciatione Sanctissimæ Deiparæ, & semper Virginis Mariæ.

A

Expositio Actuum Apostolorum prævio argumento, & textu, forte Theophylacti.
VI. In pap. antiq. Enarratio brevis, paraphrasis specie, in Epistolas Pauli composita a Theophylacto Archiep. Bulgariæ.
VII. Membr antiq. Anastasii responsiones e Sacra Scriptura & SS. Patribus excerptæ ad interrogationem quorumdam Orthodoxorum. Prima quod est signum perfecti Christiani, ultima cujus figuram & imaginem repræsentet Ecclesia Catholica. Duæ priores paginæ nova manu suppletæ sunt.
Dialogus SS. Basilii & Gregorii Theologi.
Theodori quædam ex libro de S. Trinitate.
De Apparitione Domini ex Apostolicis constitutionibus, Eusebii ex Chronicis.

B

Jo. Damasceni de Macedonibus ex Ecclesiastica traditione.
Epiphanii de LXXII. Prophetis & X. Prophetissis.
Ejusdem de XVI. quomodo & ubi mortui sunt. Post Hieremiam succedunt, quæ dicuntur Paralipomena Hieremiæ Prophetæ, & in fine de Elia Propheta Thesbite.
De Christianis Imperatoribus XLVII. indidiculus a Constantino Magno ad Alexandrum.
VII. In membr. Anastasii Responsiones pleniori Patrum authoritate demonstratæ ad interrogationes Ortodoxorum quorumdam de diversis capitibus. In hoc codice ultima est, quid significent illa quatuor animalia, quæ dicit Daniel de mari ascendentia, videtur deesse finis.

C

VIII. Ant. & optim. membr. S. P. N. Basilii Archiepiscopi Cæsareæ Cappadociæ moralia, seu Homil. 43. quibus adjicitur Epistola ad Gregorium Theologum; post Homiliam ad juvenes, quomodo ex Græcis libris utilitatem capere possint pag. 369. leguntur hæc alia manu exarata, Josephi Hieronomachi Supersanctæ Deiparæ cognomento Evergetidis, seu Benefactricis, Peccatoris, & Coprocanthari.
Martyrium SS. Eustratii, Auxentii, Eugenii, Bustæ & Mardarii, quod festum celebratur die XIII. Decembris juxta Genebrardum in Calendario Græcorum, deest finis.
IX. Membr. ant. & opt. S. Basilii Homiliæ, & Epistolæ quædam cum prævio indice.

D

X. Memb. antiq. Ecloga & Synopsis Basilicorum LX. librorum cum allegationibus secundum literarum elementa, cum Scholiis quibusdam: præmissus est index totius operis.
XI. Pap. Andocidis oratio de Mysteriis, ejusdem de suo ipsius reditu, de pace cum Lacedæmoniis adversus Alcibiadem.
Isaci vita, & orationes XI. quarum prima de Cleonymi hereditate.
Dinarchi contra Demosthenem.
Ejusdem contra Philoclem.
Antiphontis vita & orationes, quarum prima de veneficio contra novercam.
Lycurgi adversus Leocratem.
Gorgiæ Encomium Helenæ, & Apologia pro Palamede.
Alcidamantis Ulysses contra Palamedem.

E

Lesbonactis de bello Corinthiaco.
Ejusdem oratio exhortatoria.

XII. Mf. pap. S. Athanasii Confessio Catholicae fidei quam dedit ad Julium Papam Romae, A & alia.

Hymnus te Deum laudamus „ Graece.

Expositio trecentorum decem & octo Sanctorum PP. divino spiritu congregatorum contra Paulum. Samosatenum. S. Athanasii Episcopi Alexandrini interpretatio in symbolum, ejusdem expositio fidei cum fragmento quodam Anonymi.

Definitio Sanctae, & Oecumenicae Constantinopolitanae sextae Synodi.

Aliae quaedam expositiones fidei ex primis Graecis Synodis.

Juliani Cardinalis Angeli super quaestione utrum licuerit aut liceat addere in symbolo vera, nec ne, ex interpretatione Nicolai Graecorum interpretis. B

Sequuntur alia ex actis Concilii Florentini.

S. Thomae Aquinatis solutio sermonum fidei adversus Cantorem Antiochenum.

Leontii Scholastici Byzantini scholia ab ore Theodori amicissimi Abbatis, & sapientissimi Philosophi, tum in divina, tum in saeculari Philosophia.

De Sectis Haereticorum ac Synodo Chalced. in X. actiones distincta. Excerpta ab Epistolis Sancti Basilii cap. XXII.

Sanctissimi Patriachae Constantinopolitani Joannis Becci inscriptiones ab ipso collectae de processu Spiritus Sancti, & Gregorii Thessalonicensis Palamae contrariae scriptiones, & contradictiones, Bessarionisque Nicaeni adversus Palamae contradictiones. C

Collectio mirabilis variarum sententiarum SS. PP. ad probandum Spiritum ex Filio esse. cap. XV.

Epistola Joan. humilis ad a Deo honoratum, & divino ornatum zelo Jordanem Archimandritam de hymno trisagio, ad margine manu Ludovici Beccatelli adnotatum eam esse Damasceni.

S. P. N. Joannis Damasceni dialogus inter Manichaeum, & Orthodoxum de duobus rerum principiis.

S. P. N. Basilii Archiepiscopi Caesareae Cappadociae sermo de fide, cui subjiciuntur quaedam alia de baptismo.

S. P. N. Athanasii Episcopi Alexandrini Epistolae tres de Spiritu Sancto ad Serapionem Episcopum.

S. Cyrilli Alexandrini ad Hieremiam de D consubstantialitate Trinitatis. In fronte hujus codicis legitur: Ludovicus Beccatellus Bononiensis, Archiepiscopus Ragusinus, & Praepositus Pratensis, Medic. Bibliothecae dicavit. M. D. LXIX.

XIII. Membr. Basilii minimi Caesareae Cappadociae ad Christi amicum D. Constantinum cum Georgii Marcesii & aliorum expositione in S. Gregorii Nazianzeni orationes in Natalem Domini, in funere S. Basilii Magni, in sancta lumina, finis deest.

Historiae fabulares, primae initium desideratur, liber desinit in titulo vigesimae tertiae.

XIV. Memb. D. Basilii Epistolae quarum priores sex, & initium septimae desiderantur.

D. Gregorii Nazianzeni Epistolae 277. initium deest, & finis. E

XV. Memb. Basilii & Gregorii Theologi selectio scripturalium quaestionum, & solutionum e diversis voluminibus ab Origene elaboratis in pugillaribus: ab horum altero Gregorio Theologo ad Theodorum Episcopum Tyanaeum missa cum Epistola ad eumdem cujus initium ἑορτὴ καὶ τὰ γράμματα: haec selectio in fine vocatur Philocalia contra Celsum.

XVI. Memb. Clementis de peregrinationibus, & praedicationibus Petri, ad Jacobum Episcopum Hiesolymitanum Epitome.

S. Anastasii responsiones ad quaestiones sibi propositas a quibusdam Orthodoxis de diversis capitibus: a Nicephoro perscriptus est mense Octobri indictione prima anno 6581. & ex adverso paginae legitur, obdormivit in domino sanctissimus Pater noster D. Antonius qui in hac sublimi, & Deo amabili insula Panormo asceticam vitam exercuit, quae & Antigoni dicitur: qui & cellulam in vertice hujus aedificaverat mense Novembri die quinta hora noctis septima anno 6570. Christi 1062. indictione prima.

XVII. Membr. S. Basilii Archiepiscopi Caesareae Cappadociae oratio de jejunio.

S. Joannis Chrysostomi de adventu Domini N. J. C. & de communi Resurrectione.

Ejusdem in vanam vitam, & de compunctione animae.

Ejusdem in reliqua psalmi L. complementum de poenitentia.

Ejusdem in eum qui incidit in latrones.

Ejusdem in filium prodigum.

XVIII. Memb. S. Basilii Hexameron initium deest.

S. Gregorii Nysseni ad fratrem servum Dei Petrum Epistola.

Ejusdem de Philologia, de hominis generatione.

Ejusdem ad ea, quae dubitantur in Hexamero, & Apologia pro divinae memoriae Basilio fratre suo: initium hujus tractatus desideratur.

XIX. Memb. antiquissimus S. Basilii Archiepiscopi Caesareae Cappadociae moralia sive homiliae, XXXVII.

XX. Membr. S. Athanasii Archiepiscopi Alexandrini adversus idola.

De Incarnatione Verbi, & corporali ad nos ipsius adventu.

De corporatione Dei Verbi.

De Unigeniti Verbi Incarnatione contra Arium, & Apollinarium.

De Incarnatione Christi, & adversus Apollinarium.

De salutari manifestatione Christi & adversus eumdem.

Adversus omnes haereses.

Epistola ad Epictetum Episcopum Corinthi adversus haereticos.

Expositio fidei.

Liberii Archiepiscopi Romae ad Athanasium Epistola & hujus ad eum responsio.

Tomus, seu Epistola ad Antiochenos Episcopos.

De aeterna existentia Filii, & Spiritus cum Deo, & adversus Sabellianos.

Quod unus sit Christus.

Epistola ad Adelphium Episcopum, & Confessorem contra Arianos.

Epistola ad Maximum Philosophum.

In

In ea Evangelii verba *Abite in castellum quod contra vos est.*

Confutatio simulationis Meletii, & Eusebii Samosateni circa consubstantiale.

Ad Epictetum Epistola, quæ superius adnotata est, sed ea titulo, & tribus ad finem versibus mutila est.

In ea Evangelii verba, *qui dixerit verbum contra filium hominis dimittetur ei, qui vero dixerit contra Spiritum Sanctum non dimittetur.*

In Passionem Servatoris.

De Interpretatione psalmorum ad Marcellinum.

XXI. Pap. Marci Eugenici imago dormitionis S. Ephrem Syri, & alia de Martyribus coronatis.

Anastasii Archiepiscopi Antiocheni de rectis secundum nos veritatis definitionibus sermones.

S. Basilii Archiepiscopi Cæsareæ Cappadociæ contra Sabellium, Arium, & Anomoeos.

Ejusdem adversus eos qui calumniantur, nos tres deos dicere.

Cyrilli Alexandrini ad Anastasium, Alexandrum, Martinianum, & reliquos Orthodoxos Patres Monachos.

Ejusdem Anathematismi XII. cum oppositionibus Theodoriti, & Responsionibus Cyrilli unà cum explicatione.

XXII. Pap. Sententiarum diversarum SS. PP. liber divisus titulis X.

XXIII. Membr. Athanasii Alexandrini homiliæ sive tractatus varii, iidem fere qui continentur in codice XX. hujus plutei, quamvis præpostere positi, postremi quinque desiderantur.

XXIV. Pap. S. Basilii Magni de utilitate ex libris Græcorum capienda.

Isocratis orationes, scilicet:

Ad Demonicum exhortatoria.

Ad Nicoclem de regno.

Nicocles vel socialis.

Helenæ encomium.

Evagoras Encomium Busiridos adversus Sophistas.

Plataïca Æginetica adversus Lochiten, adversus Euthymium.

Oratio funebris in eos qui bello occubuerunt a nonnullis attributa Demostheni.

XXV. Membr. S. Basilii Magni oratio ad juvenes de utilitate ex libris Gentilium capienda.

XXVI. Pap. Arsenii Archiepiscopi Monembasiæ Apostolidæ violaria compositio ad Leonem X. P. M. continens adagia Græcorum cum variis sententiis, & expositionibus Poëtarum, & Philosophorum Græcorum, juxta rationem Alphabeti.

XXVII. Membr. S. Basilii Magni de Spiritu Sancto, cap. XX.

Adversus impium Eunomium.

Oppositiones contra defensiones Eunomii.

In Hexameron homiliæ.

Gregorii Nysseni Physiologia mundi, & de iis, quæ hominis creationem præcesserunt, prævia ejusdem Epistola ad Petrum fratrem suum.

Basilii M. in illud *In principio erat Verbum.*

Adversus Sabellianos, Arium, & Anomoeos; finis deest.

XXVIII. Membr. Antiochi Monachi Monasterii Abbatis Sabbæ ad Eustathium præsulem Monasterii *Attalines* civitatis Ancyræ in Galatia. De vitiis, & virtutibus capita CXXX. Postremi capitis finis desideratur, & alterum quod in indice inscribitur, De oratione, seu confessione, quod deberet esse in ordine centesimum trigesimum primum.

XXIX. Membr. Acta Apostolorum cum Epistolis Catholicis, & D. Pauli cum argumentis & scholiis antiquis, & interlineari Latina versione in Epistolis.

XXX. Membr. insignis, Acta Apostolorum, Epistolæ Canonicæ, Epistolæ S. Pauli & Apocalypsis Joannis Evangelistæ: finis nova manu suppletus est.

XXXI. Memb. Acta Apostolorum, Epistolæ Canonicæ & S. Pauli.

XXXII. Membr. Acta Apostolorum, quibus præmittuntur Iambici morales per ordinem alphabeti. Ad finem leguntur Archoteliæ Apostoli, id est, principia, & fines lectionum B. Pauli secundum Sabbatha & Dominicas.

Dorothei Tyri Episcopi Hieromartyris, (qui sub Licinio Martyrio affectus est,) brevis vita, & ejusdem tractatus de 72. Discipulis, & 12. Apostolis ubi unusquisque eorum prædicavit.

Subjicitur expositio de octo rationibus vitiositatis, hoc est, de octo vitiis capitalibus. Sequuntur Acta Apostolorum cum Argumentis Epistolæ Canonicæ, & D. Pauli, & Apocalypsis S. Joannis.

Lexicon Apostoli, id est, Libri qui continent Epistolas Apostolorum per ordinem Alphabeti, cui subnectitur Lexicon Evangelicum S. Cyrilli.

XXXIII. Membr. S. Basilii Magni de utilitate ex Libris Græcis capienda.

Lysiæ Oratio Funebris in eos qui bello ceciderant.

Demosthenis, ut quidam ferunt, Oratio, in eos qui bello occubuerant. Dionis Chrysostomi de regno Orationes II.

Oratio sine titulo.

Dionis Chrysostomi de Homero.

De Socrate I.

De Socrate II.

Agamemnon sive de regno.

Nestor.

Achilles.

Platonis Menexenus sive Epitaphius.

Timæi Locrensis de Natura Universi.

PLUTEUS QUINTUS.

AUCTORES GRÆCI.

I. In membr. antiq. Octateuchus, seu Liber continens Pentateuchum Moysis, Josuam, Judices, Ruth. Quatuor Libri Regnorum, Paralipomena, Esdræ primus (qui nobis est tertius inter apocryphos) Esdræ secundus (qui nobis est Esdræ primus, & secundus, & incipit *In anno*: desinit *Deus meus in bonum*) Machabæorum primus, in quo prima decem capita, (prout in nostris libris enumerantur) desunt unà cum initio cap. XI. Principium sumit ab iis verbis, quæ nobis sunt in cap. XI. n. 34. *Statuimus.*

II. In membrana. Canones varii cum expositione Balsamonis, Zonaræ, & aliorum, scilicet:

Expositio Sacrorum & Divinorum Canonum Sanctorum Apostolorum, & Sacrorum universalium Conciliorum; quin etiam localium, & particularium, & reliquorum SS. PP. Item declaratio obtinentium, & non obtinentium legum quæ continentur XIV. titulis, qui Canonibus premittuntur jussu Imperatorio, & Patriarchico elaborata a Theodoro Diacono Sanctissimæ Dei Majoris Ecclesiæ, Nomophylace, Chartophylace, & primo Blachernarum, Balsamone post aliquot temporis nato, & Patriarcha Theopholeo Magnæ Antiochiæ, & Orientis universi. Codici huic præmittuntur index accuratus articulorum a Patriarcha Photio compositus, & heroïci versus Sanctissimi Patriarchæ Theodori Balsamonis in Nomocanonis expositionem ab ipso factam, quæ hoc libro continetur, in calce ejusdem codicis habetur epilogus supradicti Balsamonis in Nomocanona Iambicis versibus, & de ordine secundum sedem Metropolitanam, & Archiepiscoporum prout in Chartophylacio descripti erant.

III. In membr. antiq. decimi sæculi. Clementis Alexandrini Stromaton libri viij. quorum initium primi, & ultimi finis desideratur.

IV. Impr. in pap. Biblia Sacra vulgatæ editionis edita Romæ anno ab Inc. 1594. jussu Clementis VIII. Latine.

V. In membr. Psalterium Davidis cum Canticis aliorum Prophetarum. Libellus supplicationum, & precum.

VI. In membr. Horologium, sive ordo Officii recitandi.

VI. In membran. Cyrilli Alexandrini in Esaïam Prophetam, incipit a cap. XVII. ejusdem Prophetæ, *Onus Damasci*: & progreditur usque ad ultimum.

VII. In pap. Lexicon Græcum dictionum collectarum ex variis utriusque divinæ vocis libris, & aliorum quoque Scriptorum. In calce hujus libri verba hæc adjecta sunt. *Descriptus est hic liber ab exemplari valde quidem mendoso, sed veteri*: anno enim sexies millesimo octingentesimo quinquagesimo quinto scriptus esse videbatur in fine, cum annus nunc sit sexies millesimus nongentesimus octogesimus secundus. Auctorem vero, & collectorem operis dicere non licuit: Inscriptio libri nullum profert; at in prima pagina scriptum erat majoribus literis rubris, Antonii; cujus vero & unde, & quo tempore, fuisset nihil omnino.

VIII. In membrana. Collectio expositionum in Isaïam Prophetam e diversis S. Patribus, & Doctoribus composita ab Archiepiscopo Cypri Domino Nicolao. Codex hinc incipit ab Esaïæ cap. decimo-septimo in quod desinit tomus alter ejusdem formæ numero 6. hujusce plutei. Spectabilis est quoque, ubi multa Sanctorum Patrum loca sunt, quæ alibi non extant.

IX. Catena Sanctorum Patrum in IV. majores Prophetas, cui singulis libris præmittuntur Senarii Græci in laudem Prophetarum, aureis quadris characteribus exarati. Erant & icones Prophetarum, sed omnes præter unam Hieremiæ mala manu sunt ablatæ. Scriptus videtur a *Niceta* quodam, ut ex iis versibus, qui Esaïæ Prophetiæ præmittuntur satis apparet. Hi Latine redditi sic sonant.

Hæc quæ coronam pacis, & sedes habet
Forma Nicetas edidit pulcherrima
Fideique tessera, lytrum & animæ ut esset suæ.

X. In pap. Fragmentum Homerici Centonis sine principio.

Martyrium S. Agathæ Virginis & Martyris, sine principio.

Martyrium S. Luciæ Virginis & Martyris.

Jo. Geometræ carmen Iambicum in Sanctum Christi Martyrem Panteleemonem.

Georgii Pisidii Diaconi Constantinopolitani carmen Iambicum.

Notitia de Samaria incerti auctoris.

In Orationem Dominicam incerti auctoris.

In Dormitionem Meletii Episcopi.

Domni Eugenii Monachi Nicolai Hydruntini.

Jo. Crassi, & aliorum carmina; videntur scripta tempore Friderici Imperatoris, ut ex Joannis Hydruntini carminibus contra Palamam probari videtur.

Excerpta quædam ex Chrysost. Basilio, & aliis in Sanctorum Patrum statura.

XI. In pap. Dionysii Areopag. de cœlesti Hierarchia.

Ejusdem de Ecclesiastica Hierarchia.

Ejusdem de Divinis Nominibus.

Interjecta sunt Scholia quædam libri de Symbolica Theologia.

XII. In pap. Dialogus evertens orationem, quam scripsit Domnus Demetrius Cydonensis contra Domnum Nilum Cabasilam Thessalonicensem.

XIII. In mem. antiq. Dionysius de cœlesti, & Ecclesiastica Hierarchia, & de divinis nominibus: omnia cum interpretatione & expositione S. Maximi, & Scholiis quibusdam Joannis Philippi Itali.

XIV. In membr. Comment. in psalmos anonymi, incipit a Psalmo 72. qui Hebræis est 73. & desinit in 112. qui Hebr. est 113.

XV. In membr. S. Cyrilli Archiep. Alexandrini Glaphyra sive in Pentateuchum.

XVI. In pap. Christodulus Monachus, sive Joannes Cantacuzenus contra Palamam Hæreticum.

Ejusdem Tractatus alius sine titulo.

Ejusdem hymni in Verbum Dei.

XVII. In pap. Psalterium Davidis, & Cantica Prophetarum: absolutus est anno mundi 6911. Christi 1403.

Hymni sacri, & preces rituales Græcorum, præmissæ sunt in membrana orationes aliquæ.

XVIII. In membr. antiq. Psalterium Davidis cum Canticis Prophetarum: principium cum fine deerant, sed recentiori manu suppleta sunt.

XIX. In pap. S. Dionysii Areopagitæ ad Timotheum Episcopum Ephesinum de divinis nominibus cum scholiis antiquis.

Ejusdem de cœlesti Hierarchia.

Ejusdem de Hierarchia quæ secundum nos est, seu de Ecclesiastica Hierarchia.

Ejusdem mystica Theologia ad Timotheum Episcopum.

Ejusdem Epistola ad varios.

S. Gregorii Nazianz. Apologeticus, & aliæ

ejusdem orationes, habetur in fine annus. 6939. Christi 1431.

XX. In membrana. Lexicon Græcum vetus.

Lexicon dictionum Octateuchi, Regnorum, Psalmorum, multa desiderantur in fine, quæ forte subrepta sunt.

XXI. In membrana. Psalterium Græcum manu Fr. Bernardi Monachi Dominicani, filii Bartholom. Bartolisci de Florentia. Codicis hujus characteres notandi sunt, imitantur enim quodammodo Hebraïcos.

Psalterium Davidis Hebraïco charactere exaratum.

XXII. In membrana. Collectio Canonum Ecclesiasticorum, qui dividuntur in 50. titulos, vulgo Nomocanon, id est, brevia summaria in Canones Conciliorum.

Index eorum, quæ continentur in hoc volumine, habetur in prima pagina manu Ant. Augustini Episcopi.

Nonnulla alia ad Nomocanonem pertinentia, quorum finis deest.

XXIII. Psalterium Davidis cum Precibus & Hymnis Græcis. Incipit a tertio Psalmo. Videntur deesse non pauca in fine, & initium nova manu suppletum est.

XXIV. In membrana. Clementis Alexandrini Pædagogus.

XXV. In membrana. Psalterium Davidis cum Canticis Prophetarum manu Georgii cujusdam cognomento Flammengi.

XXVI. In pap. S. Dionysii Areopagitæ de divinis nominibus cum Scholiis Andreæ cujusdam, scriptum videtur anno 1410. & in fine libri hujus, nomen apparet Georgii cujusdam Pappadopuli.

Ejusdem de Coelesti, & Ecclesiastica Hierarchia.

Ejusdem de mystica Theologia, & Epistolæ X. manu Nicolai Meletii, anno 6856. Christi 1348.

XXVII. In pap. cod. optimus. Catena in Job variorum SS. PP. cum Commentariis Olympiodori, Polychronii, Methodii, Origenis, Chrysostomi, Severi, Juliani, Didymi Episc. desunt aliqua in principio.

XXVIII. In papyro. Psalterium Davidis impressum Venetiis in domo A. Manutii.

XXIX. In pap. Theodoreti Quæstiones in Vetus Testamentum ad Hypatium, deest finis.

Ejusdem historia de vitis SS. PP.

XXX. In membr. Psalterium David cum expositione S. Athanasii, aliorum Prophetarum Cantica, & Orationis Dominicæ expositio.

Tabula Paschalis ab anno 6510. usque ad 6521. præmissus est Psalterio tractatulus quidam summarius omnium Psalmorum sine principio & fine, in fine quoque adjecta sunt Scholia nonnulla in Psalmos eodem charactere, atque initio.

XXXI. In membr. Eudoxiæ Augustæ centones Homerici de Miraculis Christi Servatoris, deest principium & finis.

XXXII. In pap. S. Dionysii Areopagitæ de Coelesti Hierarchia, de divinis nominibus, de Ecclesiastica Hierarchia, interjecta sunt Scholia quædam in lib. de Symbolica Theologia, cum ejusdem Epistolis.

Commentaria in lib. de divinis nominibus manu cujusdam Græci Presbyteri. Scholia in libros prædictos.

Polycratis Diadochi Episcopi Ephesini ex
A Epistola ad Victorem Diadochum; & Episcopum Romæ, & Clementis Presbyteri Alexandrini ex ejus Sermone qui inscribitur: *Qui dives servatur*, & Philonis Judæi de Christianis, qui ex Circumcisione in Ægypto fidem Christianam amplexi sunt, simul & Monasticam vitam ex ejus libro qui inscribitur de vita contemplativa, sive de supplicibus, & de iisdem ex Eusebio Pamphili.

XXXIII. In membr. pap. Psalterium David.

Ordo recitandi Officium juxta morem Ecclesiæ Græcæ.

XXXIV. In pap. Psalterium David.

XXXV. In pap. Cyrilli Archiepiscopi Alexandrini de Trinitate ad Hermeam, & de Adoratione in Spiritu & veritate ad Palla-
B dium in forma Dialogi cum præfatione.

XXXVI. Nicolai Sacerdotis Tarentini disputatio inter Græcos & Latinos. Ejusdem tractatus de sanctis Imaginibus.

Ejusdem quod non deceat introducere mulieres in Presbyterium quemadmodum Latini faciunt.

Ejusdem caput de Processione ex libro S. Augustini.

Ejusdem quod Dominus in azymis Sacramentum non instituerit, & in eamdem rem citat Hierosolymitani Patriarchæ Sermonem, quem conscripsit colloquiis habitis Hierosolymæ cum Philosopho Latino. Sophronii Patriarchæ Hierosolym. Epistola Synodica.

De corporea oeconomia, sive Incarnatione
C Filii Dei.

Gregorii Theologi ex ejus oratione de Filio secunda, deest finis.

XXXVII. In pap. Apollinaris, & Joannis Geometræ metaphrasis Psalmorum carminibus hexametris, in quibus scripsit etiam Eudocia Augusta, & iambis Dorotheus Hierosolymitanus.

XXXVIII. In membrana. Octateuchus, sive Pentateuchus cum libris Josue, Judicum, & Ruth cum picturis historiam repræsentantibus.

XXXIX. In membrana. Psalterium David.

XL. In pap. Joannis Zonaræ Monachi, & Magni Drungarii vigiliæ. Collectio Canonum Apostolicorum, & Conciliorum Generalium cum Commentariis ejusdem.

De Constitutionibus Monarchicis, & nup-
D tiis Joan. Constantinopolitani, & aliorum Decreta cum arbore consanguinitatis ad finem.

Michaëlis Athaliotæ Procoss. & Judicis juridica quædam, quorum deest finis.

Dictionarium, quo Latina Juris verba Græcis explicantur. Si quis exactiorem hujus codicis quærat indicem, legat eum, qui Latino Sermone præfixus est eidem in prima pagina.

PLUTEUS SEXTUS.

AUCTORES GRÆCI.

I. Impres. in pap. Evangelium sanctum Domini N. Jesu-Christi scriptum a quatuor Evangelistis, Matthæo scilicet, Marco, Luca, & Joanne, Romæ in Typographia Medicea characteribus Arabicis ann. 1590.

E II. Ms. membr. Liber Evangeliorum Dominicalium & Festorum, seu quatuor Evangelia,

quæ per Hebdomadas ordinata in Græcorum Ecclesiis annuatim leguntur, cum notis Musicis interlinearibus perpetuis, accentibus, gravi, acuto, & circumflexo rubrica notatis. Liber pervetustus, sed a Feria quarta XVII. Hebdomadis, usque ad finem recentiori manu suppletus; Georgii cujusdam cognomento Longi Sacerdotis, & ab Arsenio Archiepiscopo Monembasiæ dicatus Clementi VII. Pont. Max. cum Senariis Græcis in fronte, quibus e regione Latina respondent, in Calce Senariorum legitur Tetrastichon Græcum.

III. Catena SS. PP. in lib. Psalmorum, & Cantica Prophetarum, cui nonnulla ad eam rem pertinentia præmittuntur ex Epiphanio de 70. Interpret. Eusebio Pamphili, Greg. Nysseno, Josepho & Hippolyto Episcopo Portuensi. Hanc porro Catenam conficiunt, Eusebius Cæsar. Basilius M. Diodorus, Origenes, Hesychius, Greg. Nazianzenus, Cyrillus, Didymus, Arsenius, Theoborus Antioch. Dionysius, Isidorus Pelusiota, Nyssenus, Maximus, Olympiodorus, Aretas Episc. Theodulus, Severus, Theodorus Heracl. Joannes Episcopus Constantinop. Anastasius, Hieronymus, Jovinianus, Nicolaus Presbyter, Victor, Eudoxus Philosophus, Polychronius, Hippolytus, &c.

IV. In membr. Interpretatio Præceptorum Domini Jesu-Christi in Epitome continens summam Bibliorum ex variis SS. PP. collectam, Chrysostomo scilicet, Anastasio Sinaïta, Maximo Monacho, Theodoreto, Nilo, Basilio, Gerontio, Isidoro, Ephraïmo, Climaco, Ammonio Presbytero, Theodoro Studita, Polycarpo, Nazianzeno, Dorotheo, Athanasio, Simeone, Greg. Thaumaturgo, Barsanuphio, Marco, Agathone Gregorio Dialogo, Orsisio, Diadocho, Cassiano, Marciano Bethleemita, Timotheo Alexandrino, Greg. Nysseno, Isaaco Syro, Petro Alexandrino, &c. e vitis Monachorum, Sacris Synodis, & Sacra Scriptura. Opus digestum capitibus LXIII. seu voluminibus, ab Holstenio inter celebriores codices recensetur.

V. In membr. Joan. Chrysostomi Commentarius in Evangelium Matthæi a septimo capite, nam cætera hic desiderantur, & Joannis, item & Lucæ, cui deest principium, & ibi quædam inseruntur in eumdem Evangelistam ex Isidoro Pelusiota, & Athanasio. Ejusdem in VII. Canonicas Catena e diversis SS. PP. collecta, Chrysostomo scilicet, Cyrillo, Pastore, Hesychio Presbytero, Severo, Joanne, Apollinario, Severiano Episcop. Gabalensi, Dionysio, Didymo, Theodoreto Cyri, Theodoro Heracleota, Theodoro alio, Eusebio Cæsari. Ammonio Presbytero, & Ephraïmo. Quæstiones in Genesim sine principio, & fine, inverso ordine ob incuriam Bibliopegi leguntur.

VI. Membran. Eusebii Pamphili de præparatione Evangelica libri XV. In fine habentur Senarii Græci cum hac Epigraphe.

Aurea carmina, quorum initium sic habet: *Codex scriptus mense Junio anno* . . . . .

VII. In membr. elegantiss. Lectionarium Evangeliorum, seu Evangelia, quæ per Hebdomadam in Ecclesia Græca legebantur.

VIII. In pap. Theophylacti Archiepiscopi Bulgariæ Commentarius in Epistolas Pauli aliquas. Prima est ad Philippenses in principio A mutila.

Theodoreti Episcopi Cyri quæstiones, & solutiones contra Judæos e Sacris libris, deest folium in fine, quod ex codice 19. hujus scamni suppleri potest.

Ibidem Commentarius Anonymi in Pentateuchum, cujus initii pars desideratur. Primum caput inscribitur περὶ τῆς πυργοποιίας.

IX. In pap. Eusebii Pamphili de præparatione Evangelica. Codex scriptus anno 6852. Christi 1344. cum Senariis ad finem, qui inscribuntur in codice sexto superius aurea carmina, quorum initium, ἐγὼ σὲ φιλῶν.

X. In pap. Euthymii Zygabeni Monachi, panoplia Dogmatica Orthodoxæ fidei cum Senariis quibusdam in laudem authoris in principio, B deest finis.

XI. In pap. Evangelia quatuor.

XII. In pap. Epiphanii Eleutheropolitæ Monachi & Archiepiscopi Cypri de fide ad Monachos, præmissa in principio ipsius Monachi vita. Hujus opusculi neque Sixtus Senensis, neque cæteri meminere. Sequuntur excerpta varia e SS. PP. de fide Orthodoxa, ubi desunt non pauca.

XIII. In membrana. Evangelia quatuor, Epistolæ Pauli omnes, unà cum Catholicis, subjicitur Solaris, atque Lunaris cyclus.

XIV. In membr. Evangelia quatuor, præmissis Canonibus, sive tabulis Harmonicis de consensu Evangelistarum cum titulis, & figuris auro pictis, & indice Evangeliorum quæ an- C nuatim leguntur in Ecclesia Græca per menses & hebdomadas.

XV. In membr. Evangelia cum præfatione Eusebii ad Carpianum, cujus finis desideratur.

XVI. In membr. Evangelia cum præfatione Eusebii ad Carpianum.

XVII. In memb. Greg. Nysseni opera varia, scilicet contra Eunomium libri 12. Apologia in Hexameron Basilii, de tribus divinis Personis Epistola.

Cyrilli Alexandrini Anathematismi XII. Supplicatio tradita S. Cyrillo Alexandriæ Archiep. a fraternitate, continens solutiones IV. quæstionum Dogmaticarum ab ipsis Cyrillo propositarum. Hanc sequitur ejusdem Cyrilli Epistola ad Calosirium Episcopum Arsenoïtanum contra Anthropômorphitas.

XVIII. In membr. antiquissim. Evangelia D cum Scholiis Græcis, figuris, indice lectionum, Evangeliorum, & Harmonia Ammonii Alexandrini, codicem hunc ornavit, & pinxit Leontius quidam ut ex Iambicis in fine appositis constat.

XIX. In membrana. Theodoreti quæstiones in loca dubia Sacræ Scripturæ, principio desiderantur non pauca, scilicet a fragmento libri Numerorum usque ad secundum Palalipom.

Andreæ Archiep. Cæsar. Cappadociæ in Apocalypsin S. Joannis Evangelistæ principium tantum, cætera desunt.

XX. In pap. Emmanuelis Chrysoloræ comparatio Veteris, & Novæ Romæ Epistolæ. . . . . Ultima consolatoria ad Pallantem Honufrii in obitu fratris. Hæc opuscula extare in Bibliotheca nostra advertit Con- E radus Gesnerus.

Gregorii Nazianzeni Orationes pacificæ tres.

XXI.

XXI. In membr. Liber Evangeliorum juxta rationem Dominicarum dispositus cum notis A Musicis interlinearibus ad usum Ecclesiæ Græcæ, finis desideratur.

XXII. In membr. Eusebii Pamphili, adversus Hieroclem.

Anonymi Isagoge de conscribendis Epistolis, & Canonibus.

Anonymi compendiolum Logicæ.

Anonymi in Platonem Scholia.

Herodiani Quæstiones de declinationibus partium orationis, & alia Grammatica.

Phrynichi collectio verborum, & nominum Atticorum ad Cornelianum. Codicem hunc scripsit Joannes Rhosus Presbyter Cretensis sumtibus Laurentii Medices ann. 1491.

XXIII. In membr. Evangelia quatuor cum Harmonia lineari Eusebii, & ejusdem Epistola B ad Carpianum cum picturis quibusdam.

XXIV. In membr. Evangeliorum liber cum tabula Evangeliorum Dominicalium in principio.

XXV. In membr. Quatuor Evangelia cum Synaxario, seu ratione legendi Evangelica juxta ordinem Hebdomad. in Ecclesiis Græcis.

XXVI. In membr. Theophylacti Episcopi Bulgariæ enarratio in quatuor Evangelia, cum opusculo in Psalmos Graduum.

XXVII. In membr. Evangelia Matthæi, & Marci præfixo Menologio, & subsequente Synaxario lectionum Apostolorum, & Evangeliorum. Succedunt acta Apostolorum, Epistolæ Canonicæ, Epistolæ S. Pauli, Evangelium Lucæ, & Joan. finis deest. C

XXVIII. in membr. antiq. Quatuor Evangelia cum imaginibus Evangelistarum, codex scriptus anno 6793. Christi 1285.

XXIX. In membr. Evangelia quatuor cum præfatione ad finem posita.

XXX. In membr. Evangelia quatuor.

XXXI. In membr. Evangelia juxta Dominicas ordinata literis quadratis, & notis musicis interlinearibus insignita, finis deest.

XXXII. In membr. Quatuor Evangelia cum Epistola Eusebii ad Carpianum, & Harmonia Evangelica ejusdem, additis iconibus Evangelistarum.

XXXIII. In membr. Quatuor Evangelia cum commentariis anonymi.

XXXIV. In membr. Quatuor Evangelia cum Scholiis antiquis, & Eclogadio sive recensione lectionum quatuor Evangelistarum secundum D initia, & fines juxta hebdomadas.

PLUTEUS SEPTIMUS.

AUCTORES GRÆCI.

I. In membr. optimus. S. P. N. Gregorii Nysseni interpretatio brevis super inscriptione Psalmorum.

Ejusdem Dialogus de anima cum Macrina sorore.

Disputatio contra Judæos.

Edictum piissimi Imperatoris Justiniani continens confessionem rectæ fidei, & eversionem hæresum adversus Ecclesiam Catholicam insurgentium.

Ejusdem Epistola ad quosdam, qui defen- E debant Theodorum Mopsuestiæ, & ejus perversa dogmata, & Epistolam Ibæ, & scripta Theodoreti contra rectam fidem, deest finis.

Anastasii Presbyteri Sinaïtæ de homine facto ad imaginem, & similitudinem Dei Sermones 3.

Basilii Seleuciensis Episcopi Homiliæ variæ. Index in prima pagina libri.

S. P. N. Asterii Episcopi Amaseæ, Homiliæ V.

II. In pap. Gregorii Nazianzeni carmina capitibus 45.

Amphilochii Episcopi Iconiensis (quibusdam videtur esse ejusdem S. Gregorii) ad Seleucum versibus Iambicis.

Nemesii Episcopi, ut quidam volunt Cyrenensis, de natura hominis capit. 158.

Theodoreti de curatione Græcorum affectuum.

Gregorii Nazianzeni Homiliæ quædam.

XXXII. Impr. pap. Evangelium secundum Matthæum in lingua Hebraïca cum versione Latina, atque succinctis adnotationibus Sebastiani Munsteri ad invictissimum Angliæ Regem Dominum Hiberniæ, Walliæ, & Cornubiæ principem Catholicæ fidei defensorem Henricum VIII. Post Epistolam nuncupatoriam habetur fides Christianorum sancta, recta, perfecta, atque indubitata interprete Sebastiano Munstero: deinde fides Judæorum, quam ipsi credunt hoc ævo, atque diebus istis. Censura fidei, imo errorum Judæorum, scilicet ultima pagina suo loco reponenda est. Impressus Basileæ apud Henricum Petrum anno 1537. mense Februario, qui est annus mundi juxta Judæorum supputationem 5247. & mense Adar.

XXXIII. Membr. antiq. Evangelium secundum Matthæum cum scholiis, & glossis interlinear. In ultima pagina habentur Hieronymi ad Damasum de filio prodigo, & cum summario Evangelii cum argumento.

XXXIV. Membr. Evangelium secundum Lucam cum scholiis, & glossis interlinearibus prævia ad lectorem admonitione quadam, & vita S. Lucæ.

XXXV. Membr. Evangelium secundum Lucam cum scholiis, & glossis interlinearibus prævia vita ejusdem S. Lucæ.

Liber Laurentii Joannis & Petri Francisci de Medicis.

XXXVI. Membr. Evangelium secundum Marcum cum scholiis SS. Hieronymi, & Bedæ Presbyteri, & glossis interlinearibus prævia vita S. Marci Evangelistæ.

XXXVII. Memb. Evangelium secundum Marcum, ut proxime præcedens.

XXXVIII. Membr. Actus Apostolorum, Epistolæ Catholicæ VII. quibus adnectuntur paucula quædam ex SS. Augustino, & Ambrosio, Salomonis Parabolæ, Ecclesiastes, Cantica Canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus. Singulis libris appositæ sunt præfationes S. Hieronymi.

Post Canticum Canticorum habetur dubitatio quædam cur dicatur Dominica in Septuagesima, &c.

Hieronymi in Annalibus Hebræorum de XV. signis XV. dierum præcedentium diem Judicii.

Liber Monasterii S. Bartholomæi de bono solatio.

XXXIX. Pap. Solemnissima expositio super Apocalypsim composita per Magnum Doctorem Magistrum Matthiam de regno Sueciæ, liber scriptus est varia manu.

PLUTEUS XXII.

Scriptores.

I. Ms. in membr. F. Nicolai de Lyra Postilla sive expositio in Genesim, & Exodum cum ichnographia tabernaculi, altaris, &c.

II. In membr. orn. Ejusdem in Leviticum, Numeros, Deuteronomium, Josue, Judices, Ruth.

III. In membr. Ejusdem in tres libros Regum.

IV. In membr. orn. Ejusdem in Evangelium Matthæi & Marci.

V. In membr. Ejusdem in Evangelium Lucæ & Joannis.

VI. In membr. Ejusdem in Apocalypsim.

VII. In mixto. Ejusdem in Genesim, Exodum, Leviticum, Numer. Deuteron. script. manu Ernesti de Saxonia in Civit. Basileensi.

Codex inscriptus erat, liber vitæ.

VIII. In mixto. Ejusdem in Evangelia Joannis, Matthæi & Marci.

Script. manu Rudulphi Dotnighen an. 1433.

IX.

IX. In membr. Origenis Adamantii Periarchôn sive de Principiis libri IV. Rufino interprete.

Pamphili Martyris Apologeticus pro libris Origenis, qualiter scilicet ipse Origenes senserit de singulis capitulis SS. scripturarum, Rufino interprete cum additione.

X. In membr. Origenis Adamantii Senis Homiliæ super Genesi XV. super Exodo XIII. super Levitico XVI. S. Hieron. interprete.

PLUTEUS XXIII.

Scriptores.

I. Mſ. membr. Liber ordinis Pontificalis tres in partes distributus: prima agit de personarum benedictionibus, ordinationibus, & consecrationibus. Secunda de benedictionibus, & consecrationibus aliarum rerum tam sacrarum, quam prophanarum: tertia de quibusdam Sacramentis, & Ecclesiasticis officiis.

II. In memb. Pontificale secundum consuetudinem Ecclesiæ Romanæ, quod fecit fieri D. Nicolaus miseratione divina S. R. E. Card. Episc. Albanensis incœptum die VII. Martii anno 1395. Pontificatus Domini Benedicti Papæ XIII. anno primo. Hæc aureis characteribus adnotata sunt post præparationem ante missam.

III. In pap. Liber Pontificalis in tres libros distributus.

IV. Membr. Chronologia Pontificum a S. Petro Apostolorum principe ad Adrianum, qui in ordine est 98. prævia Epistola S. Hieronymi ad Damasum, & Damasi ad eumdem.

V. Membr. antiq. S. Pauli Apostoli Epistolæ omnes cum notis quibusdam interlinearibus, & commentario ad marginem.

VI. Membr. Ejusdem Epistolæ omnes cum præfatione S. Hieronymi, & argumentis in singulas Epistolas.

VII. In membr. Ejusdem Epistolæ omnes cum notis, & comment.

VIII. Membr. Ejusdem Epistolæ omnes cum notis, & comment.

IX. Membr. Ejusdem Epistolæ omnes cum commentario (Fr. Nicolai Galli Francorum Regis Confessarii Ord. Prædic. ex historia hominum illustrium Seraph. Razzi).

X. XI. XII. XIII. In membr. Ejusdem Epistolæ omnes cum notis, & commentario, ut supra n°. V. VII. & VIII.

XIV. Membr. S. Prosperi de vita contemplativa libri tres cum præfatione, & tabula: in fine hæc adnotata sunt:

Hic Prosper dicitur fuisse notarius S. Leonis Papæ: claruit autem circa annum Domini 458. ut Vincentius in speculo historiar. lib. 21. cap. 58. scribit. In hoc opere imitatus est Augustinum, ut ipse asserit ad finem voluminis hujus. Sequitur Epistola Jacobi Becheti ad Cosmam Medicem cui misit præfatum librum S. Prosperi.

S. Isidori Hispalensis Episc. liber primorum, sive explicatio ordinis librorum sacræ scripturæ, & significatio nominum eorumdem.

Ejusdem Allegorica interpretatio nominum veteris Test. ad Orosium.

Ejusdem liber differentiarum cap. 42. comprehensus.

S. Augustini de quatuor virtutibus charitatis.

S. Isidori Episc. Hispalensis sententiarum libri tres, sive de summo bono. Claruit temp. Heraclii Imperat. qui cœpit an. Domini 614. & regnavit an. 30.

Ejusdem ad sororem suam Florentiam lib. 2. contra Judæos.

Excerpta quædam ex Augustino de civitate Dei, ex Gregorio, & Ambrosio, &c.

XV. Membr. Prudentii Christiani Poëtæ carmina.

C. Vetti Aquilini Juvenci V. C. Evangeliorum lib. 4. heroico carmine.

Probæ Falconiæ centones, sive excerpta ex Virgilii carminibus de Christi vita. Proba Falconia nobilis Romana floruit an. 410. circiter, quæ fuit mater Virginis Demetriadis pietate illustris. Ferunt illam an. 409. Romam Alarico tradidisse; sed Baronius an. 410. illam excusat & purgat, hoc crimine.

Sedulii Catholici Poëtæ de singulis utriusque Testam. miraculis ad Macedonium Presbyterum metrice.

Aratoris Cardinalis Subdiaconi S. R. E. Actus Apostolorum heroico carmine præviis duabus Epistolis.

Memoria oblationis hujus libri, & versus quidam in laudem Aratoris.

XVI. Membr. antiq. S. Gregorii Magni Pastoralis liber, sive de cura, & sollicitudine Pastorali. Subjectæ sunt orationes tres ad SS. Trinitatem.

XVII. Impr. in pap. Pauli Cortesii Protonot. Apostolici de Cardinalatu libri III. ad Julium II. Pont. Max. prævia Epistola Raphaëlis Volaterrani in libros ejusdem Pauli ad Leonem X. Pont. Max.

Impressus in Castro Cortesio per Simeonem Nicolai Nardi Senensem, alias Rufum Chalchographum an. 1510.

XVIII. Impr. pap. Pauli Germani de Middelburgo Episc. Forosemproniensis de recta Paschæ observatione lib. 14. ad Leonem X. P. M.

Ejusdem de die Passionis Domini nostri Jesu Christi ad Serenissimum Romanorum Regem Maximilianum Imperatorem electum.

XIX. In pap. Pauli de S. Maria Episc. Burgensis Archicancell. Serenissimi Principis Domini Johannis Regis Castellæ, & Legionis, quem composuit post additiones per eum factas ad Nicolai Postillam. Perfecit hoc opus an. 1431.

XX. Membr. S. Paulini Episcopi Nolani Epistolæ, inter quas habentur Ausonii una, & Augustini quinta.

* S. Ignatii Episcopi Antiocheni, & Mart. Epistolæ n°. 12. Adjecta sunt testimonia Hieron. Marci Michaëlis Cortonæ Bernardi cum literis 4. duæ Ignatii ad Joan. Evangelistam, tertia ad B. Virg. & quarta ad Ignatium B. Virginis responsio.

S. Polycarpi Episcopi Smyrn. Discipuli S. Joan. Evang. Epistola ad Philippenses confirmans eos in fide: prævia est Herois Episcopi, qui S. Ignatio successit, perbrevis laus de S. Ignatio.

S. Antonii Abbatis Epistolæ septem cum testimonio S. Hieronymi de eodem.

S. Uranii Episcopi de vita, & obitu Illustrissimi, viri Paulini Nolensis Episcopi, ad Pacatum.

Meropii Paulini vita excerpta e Dial. S. Gregorii Papæ. Adjecta sunt testimonia de S. Paulino ad finem libri.

XXI. Membr. Fr. Pauli Florentini de Attavantis Dialogus de origine Ordinis Servorum Beatæ Mariæ ad Petrum Cosmam.

XXII. Membr. Magistri Petri de Insulella summa Grammatices.

XXIII. Membr. Sententiæ quorumdam SS. PP. de variis virtutibus acquirendis, vitiisque ipsis oppositis evitandis.

Libellus Martini Episcopi ad Mironem Regem Galliciensem de 4. virtutibus moral.

S. Joan. Chrys. sermo de patientia, & gratiarum actione, & quod non oportet mortuos ita fortiter lugere, præsertim cum parvuli mundi de hac vita servati sint.

S. Isidori Episcopi Hispalensis Synonymorum lib. 2.

S. Ambrosii Episcopi de Sacramentis sermo.

Juliani Toletanæ Civitatis Episcopi libri tres prognosticorum futuri sæculi.

S. Johannis Chrysostomi liber de reparatione lapsi, &c. deest finis.

S. Basilii de institutis Monachorum in forma dialogi cum præfatione Rufini Presbyteri ad Ursatium.

S. Cæsarii Episcopi Arelatensis admonitiones 47. ex variis SS. PP. collectæ.

Tituli 42. pro quibus sunt fratres admoniti Pauli Stephani.

Excerpta ex Augustino de operibus Monachorum ad Aurelium Episc. de hoc quod præcepit B. Apostolus, qui non vult operari, nec manducet. deest finis.

S. Augustini liber de natura boni.

Excerpta aliqua ex dictis Gregorii, & Decret. Fabiani Pontif. deest finis.

PLUTEUS XXIV.

SCRIPTORES.

I. Ms. membr. antiq. Remigii. Episcopi comment. in omnes S. Pauli Epistolas. Rivetus in Critico sacro pag. 120. contendit esse Haymonis Episcopi Halberstadensis, qui floruit Lotharii Imper. tempore, & Laurentius Beyerlinch in Theatro vitæ Humanæ.

Et Sixtus Senensis tribuit Remigio d'Auxerre, & Villalpandus Remigio Remensi.

Codicem hunc dicavit Mediceæ Biblioth. Ludovicus Beccatelus Bononiensis Archiep. Ragusinus an. 1669.

II. In membr. antiq. D. Remigii commentarius in Epistolas S. Pauli præter eam, quæ est ad Hebræos.

III. In membr. Ejusdem Commentarius in Psalmos omnes, qui hunc habet in fine titulum. Liber Remigii viri Excellentissimi super psalterium. Prima pagina mala manu subrepta est.

V. In pap. Rogerii de Placentia Ord. Minorum Prov. Siciliæ conciones quadragesimales.

VI. Memb. Magistri Raymundi Ord. Præd.
A summa rerum moralium.

VII. Membr. Ejusdem summa eadem sed copiosior.

VIII. In pap. Quæstiones Theologicæ, & Philosophicæ, Latina lingua sed Græcis characteribus exaratæ.

IX. Imp. pap. Fr. Christophori Sylvestrani Brenzonii Carmelitæ Theolog. Doct. Patavini examen Theologicum in secundum sententiarum pro Laureandis ad Clementem VIII. Pont. M. impressus est hic codex Veronæ 1598.

PLUTEUS XXV.

SCRIPTORES.

B
I. Ms. membr. antiq. Tomus Biblicus continens Proverbia Salomonis, Ecclesiasten, Cantica, Sapientiam, Ecclesiasticum, Psalterium, Paralip. Esdram, Tobiam, *Judith*, Esther, Macchabæos, Evangelia, acta Apostolorum, Epistolas Canonicas, Apocalypsim, & Epist. D. Pauli cum præfationibus S. Hieronymi. Codex alicubi mutilus nova manu suppletus est.

II. Membr. antiq. Tomus alter superiori non absimilis, eadem continens præter Cantica, Psalmos, Paralip. cum præfationibus S. Hieronymi, codex alicubi suppletus nova manu.

III. Membr. Liber continens varias precationes ad Deum, B. Virg. &c. videlicet, Hie-
C ronymi Presbyt. psalterium, quod excipit psalterium B. Virg. Officium pro Defunctis, Passionis Dominicæ, & vivificæ Crucis. Sequuntur meditationes de Passione D. N. J. C. Oratio S. Bernardi Abb. ad Dominum, & B. Virg. Cancellarii Paris. septem gaudia B. M. Hieronymi sermo de Assumptione Deiparæ. Bernardi auctoritates ad recordandum de Deo, &c. Orationes asceticæ variæ. Augustini soliloquia. De virtute psalmorum secundum Hieronymum in prologo super Paralip. Hieronymi super Flores psalmorum. Expositio super Orationem Dominicam disputative posita secundum Fr. Thomam de Aquino. Alia de libro, qui Catholicon inscribitur: quem composuit Fr. Joannes Balbus Januensis. Liber cui titulus inflammatorium Poenitentiæ, seu capitula, & ordinationes Mundi
D fabricæ. Bernardi hymnus de dilectione Dei, &c.

IV. Membr. Psalterium Davidis cum picturis antiquis cum orationibus ad finem.

V. Membr. Tomus Biblicus continens libros Salomonis, Epistolas Pauli, & Apostolorum.

VI. Membr. Cantica Salomonis cum commentariis, & glos. interlinearibus anonymi. Liber Petri de Medicis.

VII. Membr. Salviani Episcopi de vero Judicio, & providentia Dei, & ipsius gubernatione hominum ad Salonium Episc. prævia epistola nuncupatoria.

PLUTEUS XXVI.

E
SCRIPTORES.

I. II. Impressi membr. Sacra Biblia duo-

bus tomis comprehensa quorum primus desinit in Psalterio, alter in Apocalypsi. Edita Moguntiae per Joann. Faustum anno 1462. qui annus sextus foret ab inventione artis Impressionis; sed manu Laelii Spagnae Medici adnotatum est in fine jam ante dictum tempus annis XVI. innotuisse artem imprimendi.

III. Membr. Glossa continua Thomae de Aquino super Matth. Luc. Marc. & Joannem.

IV. Membr. Expositio S. Thomae ab Aquino Ord. Praedic. in Pauli Epistolas. Desiderantur in fine nonnulla.

V. Membr. pap. Postilla Fratris Thomae super Job.

Scriptum super Isaiam ad literam Fr. Thomae de Aquino in Jeremiam sine titulo.

VI. Membr. Secundus liber sententiarum clarissimi & summi Theologorum Principis S. Thomae Aquinatis Ordinis Praedic.

VII. Membr. Liber sine titulo, qui extrinsecus in Scheda quadam hanc prae se ferebat inscriptionem *D. Thomae summa*, cujus loco posuimus summae D. Antoni Arch. Florentini Ord. Praed. pars tertia.

VIII. Membr. Quaestiones de malo S. Thomae Ord. Praed. qui titulus in fine legitur.

IX. X. Msc. in membr. Liber de veritate Catholicae fidei contra errores infidelium editus a Fr. Thoma de Aquino Ord. Praed. Codice 10. in pagina quadam libri primi legitur: *De hoc libro debet habere Benivieni scriptor de sola manu lib. xiv. & sol. xij. & debet facere paragrapha, & in principio operis debet habere duos florenos aureos, & in medio alia tertia pars residui, & in fine alia a dicto Presbytero Benvenuto Canonico S. Pauli:*

XI. Membr. Compendium S. Thomae: sic legitur in fine.

Abbreviatio super primam partem summae B. Thomae. In fine habetur haec adnotatio: Explicit abbreviatio primae partis Beati Thomae cujus scriptura ascendit ultra tertiam partem totius libri per 30. folia sive tres quinternos de istis scripta a quarta Maii usque vigesimam-sextam Julii, anno Domini 1436. Basileae sacro Concilio ibidem sedente.

Compendium D. Thomae ex eo libro in quo agit de virtutibus, tam Theologicis, quam moralibus, & de statibus.

XII. Membr. D. Septimii Florentis Tertulliani Carthaginensis Opera, scilicet:

De Carnis Resurrectione.
De Corona militis.
Ad martyras.
De Poenitentia.
De Virginibus velandis.
De habitu muliebri.
De cultu feminarum.
Ad Uxorem.
De Persecutione.
Ad Scapulam.
De exhortatione castitatis.
De Monogamia.
De Pallio.
De Patientia Dei.
Adversus Praxeam.
Adversus Valentinianos.
Adversus Marcionem.

XIII. Membr. Tertulliani Chartaginensis Episcopi opera quaedam, videlicet contra Judaeos. Adversus omnes Haereticos, velut in fine de praescriptionibus Haereticorum. Adversus Hermogenem.

Joannis Chrysostomi Archiep. Sermones quinque contra Anomoeos quod Deus incomprehensibilis sit e Graeco per Fr. Ambrosium Ord. Camald. in Latinum versi.

Joannis Chrysostomi beatissimi viri contra Judaeos, ac Judaïzantes Christianos sermones VI.

Joannis Cassiani Presbyteri de Incarnatione Christi Dei contra Nestorium libri septem.

Liber Prosperi contra Cassianum Collatorem.

XIV. Membr. Fr. Thomae de Vio Cajetani Ord. Praed. summarium de Conceptione Beatissimae Virginis Mariae ad Sanctissimum Dominum nostrum D. Leonem Medicem P. M. scriptum ann. 1515.

XV. Impres. pap. Ejusdem auctoritas Papae, & Concilii, sive Ecclesiae (*Universalis*) comparata, per D. Nicolaum S. R. E. tit. S. Priscae Presbyterum Cardinalem de Flisco. Editus Romae anno 1511.

XVI. Impres. membr. ann. 1513. Apologia R. P. Fratris Thomae de Vio Cajetani S. Theol. professoris, de comparata auctoritate Papae, & Ecclesiae ad Reverendissimum D. P. Nicolaum de Flisco S. R. E. Cardinalem.

XVII. Membr. Fr. Vincentii Belvacensis Ord. Praed. Consolatoria ad Ludovicum Francorum Regem super morte filii ejus capitibus XIII.

Speculum exemplare Magistri Rainaldi (forte Ramberti, ut in fine alia manu scriptum est) Bononiensis Ord. Fr. Praedicat. Sectiones V.

XVIII. Pap. De Vita Christi liber sine titulo: incipit a libro tertio, in fine alia manu legitur.

XIX. Pap. Francisci cognomento Paduani Ord. Min. pro Seraphico, & almo Christi Confessore Francisco Tractatus utilis ad plebem Veronensem per octo dies.

Ibidem bullae quaedam, & indulta variorum Pontificum pro ordine Minorum: quibus adduntur dicta notabilia Fr. Ægidii.

XX. Pap. Juvenci Presbyteri nobilissimi generis Hispani quatuor Evangelia hexametris versibus tribus millibus septingentis, pene ad verbum. In fine legitur prooemium in Xisti librum Enchiridion cum testimonio Hieron. & Augustini de Xisto.

XXI. Membr. Ugolini Verini Paradisus de rebus supernis & beatorum splendore, & maxime de piis, qui optime Remp. administrarunt, versibus elegiacis ad Laur. Medicem.

PLUTEUS XXVII.

SCRIPTORES.

I. Membr. antiq. Lectionarium vetus Ecclesiae S. Laurentii de Florentia, in quo habentur:

Vita S. Pauli primi Eremitae.
Vita S. Antonii Monachi.
Vita S. Mauri Abbatis.
Enarratio de Icone Domini.
Vita S. Cerboni Episc. & Conf.

Vita S. Donati Scotti Fesul. Episcopi.

Vita S. Romuli Martyris.

Vita S. Eustasii Martyris.

Dialogus B. Gregorii Papæ Urbis Romæ libris IV.

Natale Sanctarum undecim millium Virginum.

Passio SS. Quirici, & Julittæ.

Passio S. Margaritæ V. & M.

Vita S. Marci Papæ, & versus in laudem ejusdem: in fine. *Nunc famuli.*

Vita S. Zenobii Confessoris (Episcopi Florentini) per S. Simplicianum: hanc sequitur memoria SS. Corporum Marci, Amati, & Cordiæ, quæ Ambrosius Mediolan. Episc. Ecclesiæ S. Laurentii donavit; item de Pansophio puero, quem ipse Ambrosius praesente S. Simpliciano suscitavit a mortuis, & de Pansophia ejus matre inibi quiescentibus.

Sequuntur Lectiones de S. Catharina V. & M. de S. Thoma Cantuariensi Episc. de S. Elisabetha Hungariæ Regina, SS. Thomæ, & Barnabæ Apost. S. Mariæ ad Nives, & aliæ de Comm. Sanctorum, finis deest.

In calce hujus libri legitur: *Hic sacratissimus liber est Monasterii & Ecclesiæ S. Laur. de Florentia.*

II. Pap. Il libro appellato Spechio della vera penitenza conposto per Frate Jachopo Passavanti Fiorentino.

Methodo facile per confessarsi bene di Luigi Marsilii.

Casus papales, Episcopales, Pœnitentiariorum & summi Pœnitentiarii: quibus subjiciuntur precationes quædam ad Crucifixum, & S. Sebastianum epidemia laborantium Patronum.

III. Pap. Salmista volgare con Cantici, simboli, &c.

Libro degl. Evangeli in volgare.

IV. Pap. Il libro del'omelie di san Gregorio Papa della Citta di Roma di diverse lettioni del Santo Evangelio

V. Pap. La somma de frati * tracti tutti i fioretti dessa in prima del Sacramento in genere capiti CIXXX. manca nel fine.

VI. Pap. Il libro degli Acti degli Apostoli, compilato per Santo Luca Vangielista col prologo che commincia Volendo a petizione.

Il Martirio di San Piero, e di San Paolo Apostoli.

Epistola di Santo Giovanni Chrisostomo mandata a Teodoro.

Credo di Dante con questo titolo: Questi versi qui appresso fecie Dante Alighieri sendo a Ravenna, & alquanti maestri in Theologia diciendo al Signore che Dante era Ereticho fuori della fede. Di che Dante prese rispetto tutta quella notte e la matina in publico disse loro davanti el popolo.

Una amunizione che fece messere Santo Anselmo lo quale si fa allo inferno eglie per passare di questa vita misera.

Lettere di Giovanni dalle Celle XVIII. e di Luigi Marsillii VI. la nona e la decima settima sono di Guido.

In fine delle lettere si legge. Fecie il transito suo, e si spera nando libero a cielo questo Messere heremita don Giovanni nell anno MCCCLXXX. lasciando forma ed exemplo d'optimo vivere, & la sua lieta exemplaria morte ne rende testimonianza e prova la sua

A buona vita passata con divoti segni d'andare adrito cammino a quella Gerusalem superna, di che tanto avea decto, e amonendo in forma di predica gli altri romiti, e monaci prima e piu pur elli & novizii, poi gli altri mezani e piu antichi e confortando gli in molto fervore al servigio di Dio & taciuto ficho gli occhi al cielo, & quali mai per lungo spatio non mosse che in molta pace rendeo l'anima a Dio., e queste epistole fra piu altre che guido avea delle sue, mi piacque in memoria della loro ardente carita qui assemplare. L'uno sarebbe bello; ma a me non si conviene ne appartiene scrivere il modo e la forma di questa sua infermita e morte secondo mi disse chi v'era stato presente, sanza che molte belle cose ditte e

B fatte si trovano per lui a sua vita egli si vede per l'opere sue innanzi; e spero ci racomanda a Dio, Amen. La penitenza sua fece alle celle di Valenbrosa in una picciola cappaneta o cella anni intorno a XL. Deo gratias amen.

Visitazione di Seneca è Paolo per pistole col testimonio di Santo Jeronimo innanzi.

Oratione di Santo Aghostino chi la dira à laude di Christo in quello di che la dira niuno inimico nuocere li potra, e se morisse il di che la dicesse non andrebe in inferno, e cio che à Dio domandera giustamente li concedera.

VII. Membr. La exposicion dell Apocalipsis per volgar con le glose del Maestro Nicholo de Lira translatada per Maestro Federigho da Viniexia del' Ordene di Frati Predicadori in

C MCCCLXXXXIIII.

Alla pagina 110. Si legge sum de Domino Simone Malerbo a Zara Dalmatie.

VIII. Membr. S. Vangeli che si Dicono fra l'anno nella Missa in volgare, manca il fine.

X. Pap. Il libro di Mercurio Trismegisto della potentia, & sapientia di Dio coll' argumento di Marsilio Ficino Fiorentino à Cosmo de Medici Patre della Patria, e la lettera di Tomaso Benci al nobile huomo Franciescho di Nerone, in fine si legge: Finito il libro di Mercurio Trismegisto di Greco in Latino translatato per Marsilio Ficino Fiorentino d'Aprile 1463. e facto volgare da Ru. Sil. a di 10. di Settembre 1463.

Marsilio Ficino, Fiorentino, di Dio & anima ad Franciescho Capponi.

X. Pap. Il quarto libro delle celestiali revela-

D tioni fatte alla gloriosa Sposa S. Brigida (Principessa del Regno di Suetia) capitoli cxxv.

XI. Pap. Pistole, e lectioni, e Vangieli che si leghono in tutto l'anno nelle Messe cioè Domenichali, feriali, e festive secondo, l'uso della Santa Chiesa di Roma.

In fine si legge: Io Piero Digieri del testa Girolami coll' aiuto di dio o fatto questo libro di mia propria mano el quale o finito di scrivere questo dì xx. di Decembre del anno MCCCCLXXV.

XII. Papyro. L'Evangelio volgare, il titolo è guasto e nel fine dice cosi, qui finiscie il santo Evangelio di Jesu Christo concordato insiememente in uno quello che scrissono tucti i quatro Evangielisti, *Deo gratias. Amen.*

XIII. Membr. . . . . . .

E XIV. Pap. Il libro d'Evangieli rechato di Grammatica in volghare Fiorentino collo robriche innansi. Segui-

Seguitano alcune leggende o brevi vite di Santi, cioè di:
S. Eugenia V. & M.
S. Agostino.
S. Simone, e Taddeo.
S. Bartolomeo.
S. Lorenzo.
S. Cecilia.
S. Girolamo.
S. Dionisio.
S. Alezzo.
S. Eufrosina.
Frontonio Abbate.
Constanza Vergine d'Antiochia.
S. Andrea.
S. Nicolò.
S. Agata.
S. Tomaso imperfetta.
S. Orsola.

Doppo la vita di Costanza si leggono alcuni discorsi ò lezioni ò racconti delle feste che Seguono, cioè:

Della visita che fece la Vergine Maria à S. Elisabeta.

Di S. Michel Arcangelo, e sue apparizioni & vittorie.

Dell' Inventione della Santa Croce.

Del Avento, Natività, Epifania, Passione, Resurrezzione, e Ascensione di Nostro Signore.

Della Pentecoste.

Delle Rogazioni, poi segue la vita di S. Andrea.

In fine si legge: Anni mille quatrociento ventisette à dì 4. di Giugno scritto per mano d'Andrea di Neri Vittori. Il libro era di Francesco d'Andrea di Neri Vittori suo figliolo.

XV. Pap. Gl'amaestrevoli sermoni (XX.) di Messer Santo Agostino rechati di Latino in volghare dal Reverendissimo, è divoto Religioso Frate Agostino della Scharperia dell' ordine de Frati à divotione e consolatione d'alquanti divoti giovani.

Qui si legge: Questo libro è di Girolamo d'Adovardo di Cipriano Giachinotti.

Il libro dell'abate Isaac di Siria della vita Monastica.

I Soliloqui di S. Agostino in volgare.

Leggenda di S. Agostino come quella apunto del cod. 14. sopraditto.

La Somma della opera di Frate Antonio di S. Marco sopra i peccati. Libro scritto di diversa mano.

PLUTEUS XXVIII.

SCRIPTORES.

I. Ms. membr. Claudii Ptolemæi magna, vel Mathematica constructio, sive Almagestum cum præfationibus, & lemmatibus Geometræ Pappi & Theonis, & Scholiis ad oram libri.

Ejusdem de accessibus erraticarum stellarum secundum longitudinem.

Ejusdem apparentiæ stellarum fixarum secundum menses Alexandrinorum cum earum significationibus.

Adjicitur in fine de magnitudine stellarum.

Ejusdem de Criterio & Hegemonico.

Theonis Alexandrini in Ptolemæi magnam A constructionem libri duo.

Euclidis elementorum libri tredecim editionis Theonis.

Ejusdem data editionis Theonis.

Hic codex erat Demetrii Cydonæ.

II. Bombyc. antiq. Euclidis elementorum libri e confabulationibus Theonis cum Scholiis antiquis.

Ejusdem data cum Scholiis ad marginem.

Hypsiclis liber qui ad Euclidem refertur.

Euclidis libri, qui vulgo XV. cum epigrammate in laudem Euclidis ad finem.

III. Membr. Euclidis elementorum libri XV. quorum XIV. inscribitur, Hypsiclis in Euclidem Anapheromena.

Ejusdem Phænomena: Codex hic suppletus B est nova manu pluribus in locis.

IV. Membr. Archimedis opera quædam, videlicet:

De Sphæra, & Cylindro libri duo.
Dimensio circuli.
De conoïdibus & sphæroïdibus.
De spiralibus.
De planis æquiponderantibus, vel de centro gravitatis planorum.
Arenarius.
Quadratura & Parabolæ.

Eutocii Ascalonitæ Comment. in primum & secundum Archimedis de sphæra & cylindro, qui sic inscribitur: ex enarratione, seu lectione Milesii Mechanici Isidori nostri Magistri.

Ejusdem Comment. in Archimedis circuli C dimensionem ex traditione ejusdem Isidori.

Ejusdem Isorrhopica, seu Æquiponderantia Archimedis.

Heronis de mensuris.

V. Pap. Strabonis rerum Geographicarum libri X.

VI. Membr. Euclidis elementorum libri XV. quorum XIV. hanc inscriptionem habet. Euclidis XIV. & statim subjicitur Hypsiclis in Euclidem Anapheromena.

Euclidis Optica, seu Perspectiva & Phænomena: omnia cum Scholiis antiquis.

VII. Pap. Theonis Alexandrini in promptos canones Astronomiæ enarratio, vel traditio.

Claudii Ptolemæi declaratio, & ordinatio promptorum canonum Astronomiæ, & quomodo iis utendum methodus perspicua, desunt D in fine nonnulla.

Ejusdem Hypotheses planetarum cum tabulis Mathematicis, & epochis stellarum fixarum, seu longitudine & latitudine; vulgo canon Mathematicus, vel Astrologicus dicitur.

Procli Diadochi Platonici Hypotyposis Astronomicarum Hypotheseon.

Excerpta ex Gemino de * Exeligmo.

Pauli Alexandrini introductio in Apotelesmaticen.

Rhetoris expositio, & solutio de prædictis XII. signis & de variis aliis e thesauris Antiochi.

Menses Romanorum, & Arabum invicem collati.

VIII. Pap. Euclidis elementorum libri XV. quorum XIV. titulum habet Hypsiclis Anapheromenon, sive liber qui refertur ad Euclidem, & data cum Scholiis quibusdam, desunt E in principio nonnulla.

IX. Pap. Cl. Ptolem. Geographicæ doctrinæ, sine tabulis.

X. Membr. Euclidis data sine principio.

Optica, seu perspectiva, sine principio.

Phænomena sine figuris, omnia cum Scholiis.

XI. Membr. Manuelis Bryennii de Musica, in fine quædam sunt de Psello in generationem animæ. Platonis, de incredibilibus lectionibus, de Homoplatoscopia & de Auguriis.

XII. Pap. Theonis Smyrnæi Platonici Mathematica utilia ad lectionem Platonis.

Theonis Alexandrini Comment. in promtos canones Ptolemæi libris IV.

Ptolemæi expositio promtorum canonum ad Syrum.

Theonis Alexandrini in promtos canones Ptolemæi Syntagma secundum cum Scholiis quibusdam.

Continuatio tabulæ Geographicæ Ptolemæi.

Tabulæ Astronomicæ Alexandrinæ cum laterculis Regum Ægypti, Imper. Rom. & fastis Consulum.

Sphæra recta, & climata cum suis tabulis. Icosipenteeterides Solis & Lunæ, anni simplices Solis & Lunæ, menses Ægyptii Solares & Lunares, & alii canones inæqualitatis, & obliquitatis Solis & Lunæ, aliæque tabulæ Astronomicæ Planetarum, &c.

Methodus simplicior per quam inveniuntur plenilunia: adjecti sunt in fine laterculi icosaoctoeteridum Solis, & enneadecaëteridum Lunæ.

Apotelesmatica quædam cum aliis tabulis Astronomicis.

De iis quæ particulatim collationes temporum consequuntur, sive continuatio superioris Chronologicæ expositionis.

Procli Diadochi Hypotyposis Astronomicarum Hypotheseon.

De phasibus, sive apparitionibus planetarum fragmentum.

De epochis, sive positionibus stellarum fixarum.

De exaltationibus Solis, sideribus fixis, & eorum significationibus, & alia quædam fragmenta Astronomica: in fine mentio fit annorum Diocletiani.

XIII. Pap. Traditio in Persicos canones Astronomiæ, qui compositi sunt ab illius regionis Mathematicis Jasdagerdæ Sarier filii Masstræ Regis Persarum anno primo qui incidit in annum exactum 6139. a creatione mundi, ut in prooemio dicitur, liber prognosticus a lineis quæ sunt in palma.

Sequuntur canones longitudinis, & latitudinis insignium urbium, mensium & dierum Persicorum, sive canones Persici Astronomici.

Isaaci Argyri Monachi ad Dominum Andronicum Ænaoten methodus computationis solarium, & lunarium circulorum.

Excerpta Astrologica ex Hephæstionis Thebæi Apotelesmaticis, & aliorum veterum. Primus titulus est de XII. partium Zodiaci appellatione & potestate.

Medicomathematica Mercurii Trismegisti ad Ammonem Ægyptium.

Galeni Prognostica, seu prædictiones, ex
A Mathematica disciplina, & Pancharii de iisdem: ultimum caput inscribitur, Methodus per numeros ad prædicendum utrum ægrotus sanus vivet, vel periculose an morietur.

Stephani Alexandrini, Philosophi & Doctoris Oecumenici tractatus Apotelesmaticus, sive Astrologicus ad Timotheum suum discipulum, compositus quidem occasione recens natæ, & impiæ legislationis Mohammedis, verum & multa alia futura prædicens, in quo de lege Mohammedis progressu, & duratione.

Codex hic olim Petri de Medicis repertus est inter libros Comitis Joannis Mirandulani.

XIV. Pap. Interpretatio de Trigonis XII. signorum, & elevationibus Anonymi ad Manuelem Principem de Astrologia versibus Iambi-
B cis, reliquum hujus opusculi quære in fine libri: incipit ὁ δωδέκατος ἀπόκλιμα.

Anonymi brevis modus inveniendi secundum quæsitum mensem Romanum currentis anni, locum & tempus conjunctionum, & pleniluniorum per novos canones translatos a magna constructione Ptolemæi, & per canones inæqualitatis Solis & Lunæ, ex quibus brevissima methodus subindicans, in qua Syzygia erit eclipsis Solis & Lunæ, ad quorumdam petitionem. In fine, historia eclipsium sui temporis quæ pervenit ad eclipsim solarem anni 6891. diei primæ mensis Januarii post horam sextam matutinam æquinoctialem in Græcia.

Excerpta ex Hephæstionis Thebæi, & aliorum antiquorum Apotelesmaticis capitibus
C CCXXIV. comprehensa.

Astrampsychi Ægyptii ad Regem Ptolemæum de prædictione ad varias quæstiones.

Stephani Alexandrini Philosophi tractatus Apotelesmaticus ad Timotheum discipulum occasione recens natæ & impiæ sectæ Mohamedis, &c. Desunt nonnulla.

De observationibus quatuor temporum, & de judiciis exinde factis tractatus, in quo quædam e Theophilo de anni principiis, de anni Domino, & de mense secundum Nechepso.

Excerpta Astrologica, seu Apotelesmatica e libris exegeticis Heliodori in Paulum, & aliorum Astronomorum.

Excerpta ex Astronomicis, seu potius Astrologicis Hephæstionis, in quo & nonnulla e Maximo de iis qui sunt in vinculis.

Liber Astrologicus sine titulo in quo de ap-
D paritionibus stellarum, de significationibus XII. signorum, & Apotelesmata lunarium, solariumque eclipseon, & de differentibus operibus faciendis secundum lunam. Canon, seu Ephemeris stellarum fixarum exposita anno ab Adamo 6854. Persarum 715. & aliæ tabulæ Astronomicæ.

Excerpta Astrologica in quibus laudantur Psellus, Blemmides, Ptolemæus, & in eo exponitur Thematium eclipsis lunaris factæ anno 6882. Augusti 22. hora tertia noctis, & Thematium Genethliacon factum propter inclytum quemdam virum Venetum anno 6853. Febr. 4. hora vigesima-secunda Christi anno 1345.

Tractatus de varia, & multiformi sphæra secundum Chaldæos, & Horoscopiis, in quo
E nonnulla ex Autolyco de ortibus stellarum, & e Persica Astrologia.

Subjiciuntur his capita duo, quorum primum ſecundum continuationem operis ſignatum eſt A no. 562. De Saltu, ſeu palpitatione membrorum, ſecundum de ſomniis cum tabula membrorum ſalientium, & judiciis ad ſingula membra, ad calcem tabulæ titulus apparet capitis ſignati no. 564. qui ſic habet: Demonſtratio membrorum diſſolutionis alteratorum a Pythagora compoſita, ſed caput ipſum ſcriptor omiſit exſcribere. Significatio notarum quibus Aſtronomi, & Aſtrologi utuntur in ſuis libris.

Tabula dierum utilium ad ſanguinis emiſſionem, purgationem, vomitum, & fragmenta Genethliaca, & Medico-Aſtrologica.

XV. Pap. Strabonis rerum Geographicarum pars ſecunda, incipiens a libro XI. & finiens in XIII. diverſa manu exarata; ac prima pars con- B tinens primos X. libros cum argumentis ad ſingulos.

XVI. Pap. Traditio, ſive expoſitio in Perſicos Canones Aſtronomiæ capitibus XVII.

Caput XVIII. Prognoſticum a lineis quæ ſunt in palma.

Caput XIX. Methodus Dom. Demetrii Chlori qua ratione inveniatur horoſcopus, ſive pars oriens ſine errore: exponitur hic thematium factum in creatione Dom. Manuelis filii Joannis Palæologi Imperatoris anno 6882. Chriſti 1374. menſe Septembri 25. in ipſo meridie; & alterum thematium menſis Auguſti die duodecimo hora tertia diei ab ortu ſolis anno 6884. in ingreſſu Conſtantinopolim Imperatoris D. Andronici Palæologi cum poſſeſ- C ſionem Imperii caperet. In eodem capite brevis methodus ad inveniendum in quo ſigno, & quali portione & minuto ſol exiſtat; compoſita a quodam Eleutherio ſcriptoris, ut apparet Magiſtro, ad finem adjecta ſunt pauca de ſtellis.

Canones Perſici Aſtronomiæ tabulis 140. comprehenſi.

Caput XX. Iſaaci Argyri methodus ad quemdam amicorum ſuorum, qui petierat ab illo ut computationes exponeret ſolarium, & lunarium circulorum cum computo Paſchali ad finem.

Caput XXI. Excerpta ex Hephæſtionis Thebæi Apoteleſmaticis, & aliorum veterum.

Caput CCXXXIV. Mercurii Triſmegiſti Medico-Mathematica ad Ammonem Ægyptium. D

Caput CCXXXV. Galeni Prognoſtica ex Mathematica diſciplina, & alia quædam Medico-Mathematica ad extremum capita quædam ejuſdem argumenti ex Hephæſtione & Zenario.

Caput CCLIX. Stephani Philoſophi, & Oecumenici Doctoris Alexandrini Apoteleſmaticus tractatus ad Timotheum diſcipulum occaſione recens natæ, & impiæ ſectæ Mohamedis, &c.

Adjecta eſt brevis appendicula cum tabula, quantum moveantur ſinguli planetæ noctis unius & diei ſpatio.

Caput CCLX. Canones aliquot inſignium civitatum longitudinis, & latitudinis earumdem, & tabula item longitudinis, & latitudinis ſtellarum, & de xxx. ſtellis lucidis, quæ aſſumuntur in Apoteleſmaticis, & de membris E ſignorum, & de conjunctionibus planetarum.

Caput CCLXIV. Joannis Grammatici Alexandrini de uſu Aſtrolabii.

Caput CCLXV. Iſaaci Argyri conſtructio Aſtrolabica; methodus faciendi Aſtrolabicum inſtrumentum, cui adjicitur ſchematiſmus deſcriptionis circulorum parallelorum.

Claudii Ptolemæi ad Syrum Sympéraſmaticorum tetrabiblos, quæ vulgo quadripartitum dicitur.

De iis, quæ centra vocantur, de aſcenſionibus & declinationibus, & XII. locorum appellatione & poteſtate.

Claudii Ptolemæi libellus, qui Carpus inſcribitur, quod vulgo Centiloquium dicitur.

XVII. Pap. Perſica conſtructio Aſtronomiæ, quæ juxta Perſarum linguam Zezi appellatur, excepta a voce Samps Puchares homine Perſa cum tabulis ad finem.

In fine operis ante tabulas adſcriptum eſt anno 6831. ab Alexandro 1634. (*error in numeris*).

XVIII. In membr. Theonis Alexandrini commentariorum in Ptolemæi Mathematicam Syntaxim libri VI. quorum qui in III. Ptolemæi hanc præfert inſcriptionem: Theonis Alexandrini in III. Math. Ptol. Syntaxeos commentarius expoſitionis prælectæ Philoſophæ filiæ meæ Hypatiæ.

Pappi Alexandrini in quintum & ſextum rerum Mathematicarum Claudii Ptolemæi Scholia.

Codex hic ſcriptus eſt literis grandioribus, & ſine accentibus, & eſt venerandæ antiquitatis, quem Langius optimum, rarum & inſignem appellavit, & fuit Angeli Politiani.

XIX. Pap. Strabonis rerum Geographicarum libri VIII. a X. uſque ad XVII. cum argumentis ſingulorum librorum in principio.

XX. Pap. Porphyrii Philoſophi introductio in Apoteleſmaticen Ptolemæi.

Cl. Ptolemæi liber, qui Carpus inſcribitur.

Sequitur libellus ſine titulo, cujus initium Claudii Ptolemæi ad Syrum Apoteleſmaticorum libri IV. ſive tetrabiblos.

Anonymi enarratio in Tetrabiblon Ptolemæi.

Anonymi judicia quædam Aſtrologica.

Arithmetica quædam ex expoſitione Procli in Timæum.

XXI. Membr. Joannis Philoponi Alexandrini de uſu Aſtrolabii.

Anonymi methodus Aſtrolabii.

Hoc loco in codice abeſſe videntur non pauca.

Theonis Alexandrini in promtos canonas cum tabulis Aſtronomicis.

Cl. Ptolemæi rerum Mathematicarum liber ſextus, qui capitibus tredecim comprehenditur.

XXII. Pap. Liber Geomantiæ cum punctis, & figuris Geomanticis, qui inſcribitur Pythagorici Laxeuterii ſive Rhabolii ita vocati Perſice, in quo plurimæ leguntur voces, ut arbitror, Perſicæ.

Præmittuntur initio LXX. ſententiæ ad excitandam fiduciam in Deum circa futurorum eventus, quarum principium.

Μεγάλη χαρὰ, καὶ εὐφροσύνη.

Sequuntur tabulæ XII. locorum, & explicationes notarum Aſtronomicarum.

Nomina Stellarum, Cometarum, ſecun-

dum Aristotelem, & Apuleium, & de virtutibus quorumdam lapidum, arborum, herbarum, & animalium.

Anonymi Astrologica quædam, ubi primo de capite, vertebris, humeris, pectore, & aliis membris terræ, cum tabula Astrologica in fine.

Liber inscriptus Erotoapocrises, sive interrogationes & responsiones, quarum prima est ab Aristotele Philosopho, sequuntur sententiæ sapientum Rhetorum de natura.

Modus inveniendi Pascha, literam Dominicalem, aureum numerum cum suis tabulis, ex methodo inveniendi literam Dominicalem.

Liber apparet scriptus sæculo decimoquinto.

Domni Leonis Sapientis de prædictionibus rerum Methodus Prognostica a Sancto Evangelio, & Psalterio. Liber Geomanticus.

Astrologia quædam, seu potius Cabalistica ad inveniendum signum Zodiaci, in quo quis natus est. Preces ad Deum Laxeuterii: interpretatio duodecim figurarum.

De Stellis, & de potestatibus Domorum.

Hujusce libri exemplaria duo reperiuntur pluteo. LXXXVI. Num. 14. & 17. haud paulo copiosiora, quorum postremum eadem manu exaratum videtur, ac præsens hoc 22. manu videlicet Michaëlis Apostolæ Constantinopolitani.

XXIII. Msc. membr Eclogæ Geoponicæ libris XX.

Ad finem quædam de diebus & horis Astrologica, in quibus primus anni mensis ponitur Martius.

XXIV. Pap. Fragmentum Grammaticum: initio agitur de accentibus, in fine de diphthongis.

Erotemata emendata, seu correcta a Manuele Moschopulo, finis desideratur.

Ad calcem primæ paginæ adnotatum est, quod hoc opus in quibusdam valde differt, ab alio notiore opere Moschopuli: in pluribus vero convenit cum illo.

Scriptus anno ab O. C. 6874. indictione IX. Christi 1366.

Declinatio nominum, & conjugatio primæ Barytonorum.

XXV. In pap. Dionysii Periegesis sive orbis descriptio.

Æschyli Tragœdiæ aliquot, videlicet; Prometheus vinctus, Septem ad Thebas, Persæ.

Sophoclis Ajax Mastigophoros, sive Flagellifer, & Electra cujus finis desideratur.

Omnia cum scholiis quibusdam, & glossis interlinearibus:

XXVI. Membr Theonis Alexandrini ad Epiphanium filium in promtos canonas Ptolemæi cum elegantissimis tabulis Astronomicis: ad finem adjectus est laterculus Regum Assyriorum, Persarum, Græcorum: in fine hæc adnotantur.

Exacta duodecima indictione anni 6822. elapsi sunt ab anno primo Regis Philippi Aridei anni Romani 1638. ab imperio Augusti Imperatoris 1343. ab imperio vero Diocletiani 1030. (*errores multi in computo.*) Codex insigni vetustate scriptus circa ann. 900. ut Langius adnotavit.

XXVII. Membr. antiq. Maximi Poëtæ Introductio in Astrologiam, sive περὶ καταρχῶν carmine heroïco, liber singularis acephalus.

Manethonis Ægyptii ad Ptolemæum Regem Apotelesmaticon libri (heroïce.)

XXVIII. Pap. Procli Diadochi Platonici. Hypotyposis Astronomicarum Hypotheseon.

XXIX. Pap. Excerpta ex Geographicis Strabonis de magnitudine, & figura terræ.

Platonis definitiones.

Epitaphius, sive oratio funebris, & dialogus spurius, qui inscribitur Clinias, seu de morte.

Timæi Locrensis sermo de mundo & natura.

Principio exsectæ sunt quædam paginæ, & a quodam qui indicem huic libro præfixit: excerpta ex Strabone, Plethonis esse dicuntur.

XXX. Pap. Longini de sublimi genere dicendi ad Postumium Florentianum.

XXXI. Pap. Theonis Alexandrini in Promtos Canones commentarius cum tabulis astronomicis in principio.

Anonymi Astronomica quædam quorum primus titulus quomodo horæ temporum anni reducantur una methodo ad meridianas Alexandrinas, & ad æquinoctiales.

Ammonii Philosophi de Astrolabio.

Go. Alexandrini Philosophi de usu Astrolabii.

Excerptum quoddam astrologicum de mensium apotelesmatibus, finis deest.

XXXII. Pap. Isaaci Argyri Monachi ad D. Andronicum, qui petierat methodos rationales solarium, & lunarium circulorum, & eorum quæ hos consequuntur.

Capita quædam de iis quæ fiunt in sublimi.

Pollucis onomasticon ad Julium Cæsarem.

XXXIII. Pap. Excerpta de mundanis apotelesmatibus, e libro Apomasaris, e secundo libro ejusdem mysteriorum scientiæ, ex ejusdem introductione in Apotelesmatica mysteria, omnia tribus libris comprehensa.

Liber Apotelesmaticus, qui inscribitur Palch. capitib. CXLVII.

Codex absolutus (ut in fine adnotatur,) anno a Christo 1542. mense Februario die 16. feria sexta, hora sexta noctis.

XXXIV. Membr. Hermæ Medici Mathematica ad Ammonem Ægyptium.

Galeni quædam Medico-Mathematica.

E Panchario epitome de decubitu ægrorum, & alia Medico-Astrologica.

Tractatus Astronomicus quomodo oporteat considerare translationes annorum, & quæ contingunt in quatuor anni versionibus.

Anonymi commentarius in duos libros Apotelesmaton Ptolemæi: videtur esse Theophili, nam qui continuo sequitur liber in hunc modum inscribitur.

Ejusdem Theophili collectio de mundanis principiis, ubi quædam e Petosyri Nechepso de mense bono, & malo, & Juliano περὶ τῶν καταρχῶν e Leone Philosopho, & Valente, in ultimo fit mentio exilii Photii Patriarchæ.

Ex Antiochi Thesauris resolutio, & enarratio omnis facultatis Astronomicæ, & alia quædam Astronomica, & Astrologica.

De prædictionibus ventorum, pluviarum, &c.

&c. de transitione Stellarum secundum Zodiacum, & de proprietatibus earum tam errantium, quam fixarum, & de versionibus ex eclipsibus, & terræ motibus secundum doctrinam Chaldæorum & Ægyptiorum in epitome.

In ultimo est scholium exceptum ab ore Simeonis Monachi cognomento Chrysographi.

De universalibus disquisitionibus, & Apotelesmatis: Ephemerides, seu de ortu, & occasu omnium stellarum, & quam quæque stella mutationem in aëre efficiat. Incipit a mense Januario, desinit in diem 2. Decembris, nam ut ad paginæ calcem adnotatur desunt duo folia in quibus continebatur finis Ephemeridum Decembris, & initium capitis XXXIII. sine titulo, & principio continens quædam Astrologica de inventione sortium.

De virtute duodecim signorum: observatio horarum uniuscujusque diei, & dierum ipsorum secundum septem planetas.

Hemerodromium Pappi, & alia quædam Astrologica, & Astronomica cum tabula Planetarum cum suis locis propositis.

De figuris, seu significationibus stellarum; universalis observatio, de luna, de fulminibus, & aliis constitutionibus e Labeone juxta interpretationem ad verbum. De regionibus duodecim signorum, de climacteribus annis secundum Philosophum Heliodorum, & alia Astrologica ad medicinam, agriculturam, & aliam vitam pertinentia, quorum titulus imperfectus inscribitur, *Ad figendum cortinam*, quod proxime præcedit illud quod est de obsidenda civitate.

XXXV. Pap. Nicomachi, Geraseni, Pythagorici Arithmetica introductio, cum scholiis libri primi: duo e quatuor hic continentur.

XXXVI. Pap. Excerpta ex Apotelesmaticis Apomasaris: desinit in capite LXXXII. libri secundi, cujus tantum capitis initium legitur, cætera desiderantur. Cap. LXI. libri secundi dicit Apomasar Euclidem Geometram Schemata Geometrica tantum lignea fecisse & ipsius consobrinum multorum annorum labore cognovisse, & scriptum ea de re edidisse, & cum figuris Regi Persarum obtulisse, a quo maxima dona accepit: hoc ipsum jam pridem adnotaverat Langius.

XXXVII. Membr. Arati phænomena cum scholiis & præfationibus.

Scriptus est Florentiæ manu Joannis Thessali Scutariotæ anno a Christo nato MCCCCLXIV. mens. Januarii xvj. die lunæ. In fine manu Angeli Politiani adnotatum est: *Emi ego hunc librum Angelus Politianus de heredibus Pauli Medici, & Astrologi Florentini.*

XXXVIII. Membr. Cl. Ptolemæi Geographicæ doctrinæ libri viij. sine tabulis.

XXXIX. Membr. Hipparchi Bithyni in Arati, & Eudoxi Phænomena enarrationum libri iij.

Expositio Asterismi secundum BorealeHemisphærium. Scriptus manu Chartophylacis sanctissimæ Dei Ecclesiæ Nicetæ Cyprii.

XL. Pap. Strabonis rerum Geographicarum libri priores. X.

XLI. Pap. Francisci a Portu Cretensis ad P. M. Epistola.

XLII. Pap. Cl. Ptolemæi Geographicæ

A doctrinæ libri viij. sine tabulis: Codex scriptus Florentiæ, manu Demetrii anno MCCCCXLV. Maii xix.

XLIII. Pap. Cl. Ptolemæi tetrabiblos ad Syrum vulgo Quadripartitum: adjecti sunt quidam Canones Astronomici.

Procli Diadochi Platonici Hypotyposis Astronomicarum hypotheseon.

XLIV. Pap. Anonymi de climatibus terræ, in quibus mutatis vicibus contingunt auctiones, & decretiones noctis & diei.

Adamantii Sophistæ de ventis.

Excerpta ex Achille ad Introductionem in Arati phænomena.

B E tertio sermone Hipparchi in Arati, & Eudoxi phænomena.

Excerpta ex enarratione Theonis in Arati phænomena, digesta a sapientissimo Monacho D. Maximo Planude.

XLV. Pap. Aristotelis Mechanica: script. Mediolani Jan. xiij anno Domini 1444.

Theophrasti post naturalia; seu Metaphysica.

Pselli de virtute dæmonum dialogus Timothei, & Thracis.

XLVI. Pap. Cl. Ptolemæi Hypothesis Planetarum ad Syrum.

Tractatus de Eclipsibus, & conjunctionibus Luminarium, scriptus a quodam Christiano post annos Philippi 941. indictione 6. nam mentio in eo fit conjunctionis Eclipticæ mensis Novembris, sive secundum Alexandrinos Athyr, anno & indict. supradicta. C

Sequitur caput xxxiij hujus opusculi quod est ultimum, & continet methodum inveniendi Pascha, secundum Ecclesiasticam traditionem.

Theonis Alexandrini in promptos Canones Syntagma secundum ad filium Epiphanium cum tabulis Astronomicis.

XLVII. Pap. Cl. Ptolemæi Mathematica Synaxis ad Syrum cum scholiis quibusdam ad D oram libri.

Ejusdem expositio promptorum canonum ad Syrum, eorumdem ordinatio, & calculatio. De criterio, & Hegemonico, & Hypotheses Planetarum.

Interjecta sunt quædam scholia in quibus temporis illius quo exscripta sunt indictio dicitur esse tertia anni a Diocletiano DXLII.

XLVIII. Membr. Procli Diadochi hypotyposis Astronomicarum hypotheseon.

Anonymi cap. v. de inveniendis Icosapenteteridibus, & simplicibus annis.

Theonis Alexandrini in promptos Canones Syntagma secundum cum tabulis Mathematicis, & canonibus Regum, & Imperatorum, & annis Consulum, interjectis scholiis quibusdam. In tabula annorum Romanorum Imperatorum ultimus ponitur Leo, & ad Diocletiani annos notatur Pappum sub illo scripsisse. In laterculo autem Consulum proceditur a temporibus Antonini Pii usque ad Nonum post consulatum Mauricii Tiberii Augusti solius. E

XLIX. Membr. Cl. Ptolemæi Geographicæ Institutionis libri viij. quorum septem priores cum tabulis Geographicis Græcis.

Ad finem hujus operis post ultima Ptolemæi verba legitur: Ex Cl. Ptolemæi Geographicis

libris viij. orbem terrarum universum Agathos dæmon Alexandrinus delineavit.

PLUTEUS XXIX.

Scriptores.

I. Msc. memb. Antiphonarium vetus.

II. In membr. antiq. charac. Longobardico. Madaurensis Apulei Platonici Prosæ.

De Magia libri ij.

Metamorphoseon, seu de asino aureo libri xj.

Floridorum libri iv.

Liber Fr. Aretini cujus fortasse sunt glossæ aliquæ ad marginem positæ & interlineares. Ad finem lib. ix. legitur. *Ego Salustius legi & emendavi Roma felix Olibio & Probino V. C. coss. in foro Martio controversias declamans Oratori Endelechio: rursus Constantinopoli recognovi Cesario, & Attico Coss.*

III. Pap. Alcabitii Introductorium ad magisterium judiciorum Astronom. ex interpretatione Joannis Hispanensis. Præmittuntur quædam de aspectibus: manu Laurentii Silvestri Canonici D. Laurentii anno 1460.

De utilitate Astrolabii Metrice.

Jebith libellus de recta imaginatione cœlestis sphæræ transcrip. manu Laur. Silvestri Canonici Eccl. S. Laur. die 2. Maii 1477.

Laurentii Bonincontri Miniatensis super centiloquio Ptolemæi.

Notabilia artis Physionomiæ secundum diversos auctores.

Excerpta ex quadripartito Ptolemæi, & ex Hali commentatoris, sive Porphyrii expositione per Laurentium Bonincontri.

De nativitatibus utilia quædam, & necessaria.

De extractione quarumdam partium in nativitatibus, & revolutionibus ex tractatu partium Guidonis Bonacti Foroliviensis.

Pars rescripti, seu expositionis super Alcabitium leg. Parisiis ordinatæ anno Domini 1331. per D. Joannem de Saxonia.

Monitiones quædam de coloribus, ascendentibus, &c. ex diversis voluminibus.

IV. Membr. Liber Judiciorum, & Consiliorum Philosophi Alphodol de Merengi, qui fuit Saracenus, filius Sedel, cujus pater de Arabia, mater vero de Chaldæa: in quo quidem continentur quæstiones centum quadraginta quatuor, cum suis responsionibus: initio est quædam sphæra coelestis.

V. Pap. Illustrissimi Alphonsi Regis tabulæ Astronomicæ.

VI. Membr. Liber vel scriptum super librum tabulæ Astrologicæ Arzatzel Philosophi.

VII. Membr. Canones super tabulas Illustrissimi Principis Alphonsi Regis Castellæ capita xxxj.

Scriptum in opus tabularum Alphonsi.

Magistri Gherardi Cremonensis Theorica Planetarum cum glossa.

Hinc proceditur ad codicem Evangelii S. Marci inspiciendum, qui servatur in armario vicino, & ut in voto erat diligenter consideravimus cum D. Leith, seu Gualterio Bibliothecario; est codex ille quadrus, operculo argenteo deaurato, confectus ex philira, seu papyro Ægyptiaca, multo tenuiore quam codex Josephi Mediolanensis, & sane, ut inspicienti sedulo visum fuit, hallucinantur, ni fallor, qui membranaceum dictitant. At quia omnium una vox est, esse membranaceum, vellem ab aliis rem accuratius explorari. Folia agglutinata simul sunt & putrida, ut non facile possint diduci sine fractione: nam locus perquam humidus, & brevi periturus funditus est codex si istic maneat. Characteres autem etsi vix legi possunt, evidenter Latini sunt, nam multoties occurrunt literæ D. & R. quæ non habent eamdem in Græcis atque in Latinis formam. Quod ait autem nuperus quidam, se legisse vocem ΚΑΤΑ', is in prima litera hallucinatur; est quippe B, sic scriptum, uti solet in antiquis codicibus bene multis. ¿Est igitur BATA, ex vocibus quæ frequenter occurrunt in Evangelio, ut IBATAUTEM, nulla enim distinctio vocum est in hoc codice. Quod autem se vidisse putat literam Δ Græcam, errat similiter, est enim A cujus transversa linea non comparet & clausum videtur inferius, quia duabus lineolis characteres inferne & superne clauduntur ut in scribendo rectius procederetur. Cum autem ait se in literam Σ incidisse, haud felicius; nam similem nunquam vidi accuratius licet inspexerim. Hæc de manu scripto cujus causa eruditorum turba diducitur in partes. Aiuntque vulgo autographum esse S. Marci. Nullum sane codicem me vidisse memini, qui majorem isto antiquitatis speciem præferat. Quod autem Latine scriptus sit codex, in controversiam vocari nequit ex historia, quam attuli in Diario Italico p. 56.

Museum Domini Antonii Capelli.

Codex antiquus, Biblia Hebraïca, queis elegantiora nunquam vidi, complectiturque omnes Biblicos libros.

Pars altera Bibliorum Hebraïce, antiqua.

Rabbi Abraham interpretationes in scripturam Hebraïce.

Rabbi Abraham alius codex in Genesim Hebraïce.

Aliqui codices Arabici, Hebraïci, &c.

Codex bombycinus sæculi XIII. excerpta longissima & pretiosissima Stromatum S. Clementis, itemque ex Protreptico & Pædagogico quædam.

Stromatum codices rarissimi omnium sunt, non diu est quod existimabant ex literatis bene multi, vel ipsum codicem, ad cujus fidem edita primum Stromata fuere, amissum periisse. At Florentiæ reperi, Venetiisque excerpta istæc, quorum exempla item duo Romæ esse nuper accepi.

Codex membranaceus XI. sæculi, Basilii orationes quædam.

Codex membranaceus XI. sæculi, Chrysostomi homiliæ. Alter ejusdem ætatis.

A Vita S. Mariæ Ægyptiacæ, & Scala Joannis Climaci, scripta anno mundi secundum Græcorum æram 6821. Christi 1313.

Historia Constantini Manassis, sæculo XIV.

Aristotelis codices bene multi de Animalibus, Ethicorum ad Nicomachum, Politicorum, Oeconomicorum, Magnorum moralium ad Eudemum, Mechanicorum, Problematum, Metaphysicorum. Alexandri Aphrodisiei problematum.

Theophrasti de Historia plantarum. Ejusdem de causis plantarum. Ejusdem Metaphysicorum.

Etymologicon Græcum XIV. sæculi.

B Hi codices Græci, Latini vero:

Hieronymi in sacram scripturam. Item liber Epistolarum ejusdem.

Diploma in cortice scriptum octavi ineuntis, ut puto, sæculi, charactere Langobardico, supra fidem lectu difficili, corrosum ab extremitatibus & in medio a mure qui obvolutum Diploma deformavit pene totum. Est judicium Reate latum, ubi de tutela agitur. Partes quæ litigant, aut Gotthi, aut, quod verisimilius est, Langobardi sunt, judices vero Romani. Monumentum hoc ut per tempus licuit » exscripsi in Diario Itali-
» co . . . .
C » . . . . quibus adfec-
» tionem . . . . . . patrona nos . . . .
» qui pridem memoratum superius Guduhul
» . . . . erunt in minore nos
» cunctos . . . . non potuit
» reperiri ne qualicumque . . . .
» . . . eunt vel specialem tutorem in nego-
» tiis . . . . ratus fuerat a ves-
» tra fieri desiderat gravitate . . . petitionem factam solenniter ad vestra laudabiliter ordinanda destinavit. Idcirco poscimus ut eandem petitionem jubeatis fieri & quæ sunt postulata legaliter ordinari. Horanius, Antonius & Volusianus, sed & cunctus ordo * dd.

D Ex concurialibus Volusianus & Luminosus ad Gundihildiinsuis cujus offensio agitur & ad eos excurrant per quos Gundihilinsuis ad nos faciendi tutorem causa direxit, & misso propriæ voluntatis responso, significet. Cum Volusianus * adque Luminosus ad Gundihilinsuis perrexissent paulo-post reversi dd. Pergentes ad Gundihilinsuis . . . vestræ de . . . . . vestræ gravitatisque petitionem faciendi tutoris specialis; ad vos rem per suos direxisse propria voce signavit, & postulavit ut in ejus petitione seria continetur, Flavianum in designatis negotiis tutorem specialem filiis ipsius ordinetis. Horanius, Antonius, Volusianus & cunctus

E ordo dd. Quoniam voluntatem Gundihilinsuis faciendo . . . . speciali tutorem liberis ejus mun . . . . per Volusianum adque Luminosum nostros concuriales agnovimus ab actoribus me . . . . . . Gundihilinsuis oblata petitio suscipiatur & congrua lectione donetur, Nitiblius legit. Legali semper est remedio minoribus succurendum, quibus paterna solatia fata subducunt; ne proprio genitore privati, cum viduatæ matris non possit vis intercedere, propter ætatis * invicillitatem illorum substantia vel eorum facultas occumbat. Ante dies istos non plurimos Guduhulsuis meus * jugales fatorum sorte consumptus, duos mihi parvulos

vulos de communi matrimonio liberos dereliquit, de quibus doloris stupore depressam tutelam minis..... nec utilem... tutores...., ad suam reperire personam; & quia memoratus Gunduhulsuis in L... jugalis meus, in quibusdam negotiis ante non multum temporis quam decederet noscitur fuisse repulsatus: & eo defuncto calumniatores in orphanorum rebus vehementer insistunt, ne qualicunque desidia facultatibus orbatorum dispendium generetur ut iis non * indisensis adversus insidias convalescant, elegi vel specialem tutorem, donec generalem matura deliberatione perquiram a vestræ gravitatis ordine postulare: Quapropter * hujus seriæ petitionis, imploro vestram, * Reatehis civitatis municipes, gravitatem, ut in causa..... qui mihi... dulci...... oriundus Guduhulis qui ante obitum suum a Badiud, sed & a Sosemud qui Faffo connominatur atque a Gunderit repulsatus fuisse * conoscitur in diversis judiciis per auditionem narrationum fi....., legitur esse conventus; Flavianum, quem fide comprobatum plurimis ad præsens potui reperire, sub legitima cautela specialem tutorem Leudasit atque Lundesit meis liberis adhuc minoribus utilius ordinetis, quatenus ejus peculiari cura, actores eorum bona non fraudibus, ut adsolet, aut quibuslibet subreptionibus retinere valeant & æquitatis ordinem * terminari. Horanius, Antonius adque Volusianus, sed & cunctus ordo dd. Lectæ petitionis serie gesta...... pient tunc postulatis. Flavianus ad medium deducatur, & utrum libenter in designatis negotiis officium suscipiat voce propria fateatur. Cumque Flavianus fuisset ingressus, Horanius, Antonius adque Volusianus, sed & cunctus ordo dd. Gundihildiinsuis filiis suis specialem tutorem te in causis in quibus Gunduhulsuis in........ etus a Badiud in... vel a Sosemud connominato Faffone, necnon a Gunderit * pulsatos fuerat petit ordinari. Si specialem tutelam libenter adsumis, moderanter vel legaliter administrare oportet, & præsentibus confiteris. Flavianus ab ... libenter in memoratis causis officium tutelæ suscipio & utiliter me sicut oportet administrare promitto. Horanius, Antonius, adque Volusianus, sed & cunctus ordo dd. Quoniam minorum nihil est utilitaribus denegandum, & in eorum designatis negotiis tum .... num desiderio professio vel sponso.....specialem ....Adque........cc. pp. in causis in quibus Guduhulsuis a Badiud & a Sosemud connominato Faffone, vel a Gunderit fuerat repulsatus..... specialem te tutelam decernimus ministrare, cui ut * legitima firmetur, injungo fidejussorem de tuæ administrationis integritate, sicut legalia constituta sunt, præbere idoneum non desistas, cujus ope minorum possit utilius substantia ministrari; Flavianus.... azel... nullus poterit præbere.... ideo quia specialem tutelam libenter adsumo, Liberatum de administratione mea fidejussorem vestræ præbeo gravitati. Horanius, Antonius adque Volusianus, sed & cunctus ordo dd. Nuncupatus a Flaviano fidejussor nostris * optutibus præsentetur, Liberatus... solutus. Horanius, Antonius adque Volusianus, sed cunctus ordo dd......Flavianus in

A concilio nos deduxit. Liberatus. Utpote qui specialis tutor a Gundihilinsuis filiis ejus postulatus est in causis in quibus pater eorum a Badiud vel a Sosemud qui Faffo connominatur, sed & a Gunderit pulsatus fuerat, ego fidejussor accedam. Horanius, Antonius adque Volusianus, sed & cunctus ordo dd. Libenter hujus tutelam fidejussor accedis. Liberatus. Adque libenter & prona voluntate. * Flavianus memoratus speciali tutela fidejussor accedo. Horanius adque Antonius & Volusianus dd. Et * oblegatis rebus tuis omnibus quas * habis & habere potueris, cum tuo actu & adnisu integre sine fraude, vel dolo minorum negotia * spondis administrare. Liberatus. Et oblegatis rebus meis omnibus quas habeo habiturusve sum, Flavianum nuncupatum specialem

B tutorem minorum utiliter & integre sine qualicunque dolo vel fraude moderanter & fideliter spondeo ministrare. Horanius, Antonius, & Volusianus, vel cunctus ordo dd. Quoniam in designatis negotiis Flavianus a Gundihildiinsuis fidelis ejus specialis tutor petitus, per interventum fidejussoris est ex optima ratione firmatus; quid amplius adstantes fieri desideratis nisi solum.......... fidejussor ejus..., gravitate vestra ut susceptæ tutelæ fidem facere valeamus, gestorum nobis editionem jubeat

C solemniter celebrari. Horanius, Antonius & Volusianus, vel cunctus ordo dd. Gesta vobis ut mos est competenter edantur.

Ego Horanius unus Curialis civitatis Reatehis, gestis apud nos habitis, edidi.

Ego Antonius alius Curialis civitatis Reatehis, gestis apud nos habitis, edidi.

Ego Volusianus alius Curialis civitatis Reatehis, gestis apud nos habitis, edidi.

Ego Decoratus alius Curialis civitatis Reatehis, gestis apud nos habitis, edidi.

Ego Maximus alius Curialis civitatis Reatehis, gestis apud nos habitis, edidi.

Ego Vigilius alius Curialis civitatis Rea-

D tehis, gestis apud nos habitis, edidi.

Ego Flavianus his exemplaribus gestorum a me datis subscripsi, quæ per Constantinum Comitiacum reddidi.

Ego Constantinus Comitiacus.

Decembris anno Christi.....

Hæc in multis ut videre est labefactata sunt; sed ita tamen ut qua de re agatur expiscari in promptu sit, suppleta plerumque conjectando narratione, verum alia characteris forma, ne conjecturas meas assertæ lectionis loco habeant, qui in hæc incident. En totius negotii compendium.

Qui litigant Gotthi aut Langobardi sunt,

E ut ex nominibus liquet: Judices autem Romani. Guduhul quidam Reate degens, ab actoribus, & calumniatoribus nomine Badiud, Sosemud cui cognomen Faffo, & Gunderit actus, & ut in decreto legitur, repulsatus fuerat. Inter hæc diem obiit Guduhul, & reliquit Gundihil uxorem viduam cum duobus liberis Leudasit & Leudesit. Eo defuncto memorati Sycophantæ, in orphanorum bona vehementer insistebant, ut indefensis eriperent. Tum Gundihil misit ad municipes Curiales Horanium, Antonium & Volusianum, & totum Curialium ordinem, viros qui de injuria illata quererentur, & tutorem postularent. Muni-

cipes & Curiales supradicti ex concurialibus duos Volusianum & Luminosum ad Gundihil mittunt, qui rescriptum petitionis ejus postulent. Mittit illa per concuriales petitionem seriam, ubi exposita rerum conditione, postulat filiis suis dari in specialem tutorem Flavianum quemdam, donec tutorem generalem Curia decernat; dummodo Flavianus legitimam cautionem offerret de proba futura administratione. Rogatur a Curialium ordine Flavianus num tutelam admittat. Annuit Flavianus & sponsorem offert Liberatum, qui de futura administratione cautionem præbet. Tum jussu Curialium Reatinorum diploma editur, quod cum ob alia multa, tum ob formam veterem juridicam singulare videtur. Hærere me fateor in vocibus Guduhulsuis & Gundihilinsuis: nam ultimæ syllabæ suis, & in-suis, quæ in diplomate semper post Gunduhul & Gundihil subsequuntur, transversa superne linea notantur. Juvat credere nomina Gunduhul & Gundihil esse conjugum propria; illud autem additamentum, suis, & in-suis, quorsum spectet expiscari non potui, neque per tempus licuit rem accuratius explorare.

Singulare est annum Christi in charta primitus notatum fuisse; infrequens enim est isto ævo annum Christi consignari in diplomatibus. Attamen hoc monumentum sæculi octavi est, uti diximus, aut ut minus, quod ægre tamen crediderim, noni insignita. Unum novimus, duobus ante sæculis ab Dionysio exiguo concinnatam methodum Christianæ epochæ; a Beda sæculo octavo usurpatam fuisse. Quando autem inde cœperit adscribi diplomatibus hactenus incertum fuit; liquet porro istud de quo agimus inter prima istiusmodi accensendum esse.

Bibliotheca Tarvisiana.

Biblia Hebraïca antiqua cum notis Massoreticis.

Liber benedictionum & precum Hebraïce.

Cæcilii Cypriani opera in codice recenti, in quo, ut aiebat quidem ipse D. Tarvisianus, quædam Epistolæ non editæ.

Ambrosii de Sacramentis codex scriptus anno 1436.

Hieronymus in Matthæum XV. sæculi.

In codice XV. sæculi, inter homilias S. Augustini & aliorum, liber ejusdem Augustini de beato Latrone qui pependit in Cruce, cujus initium, *Deus erat in Christo mundum reconcilians.*

Epistola B. Eusebii ad Damasum Portuensem de transitu B. Hieronymi, codex non antiquus.

Rubricæ libri Joannis Dasmasceni Presbyteri, in quo est *traditio certa ortodoxæ fidei, versæ de Græco in Latinum a Burgundo Judice cive Pisano sub Eugenio III. Pont. Max.*

In codice XIV. sæculi, Passio Domini nostri Jesu-Christi secundum Nicodemum. Item quædam ex Evangelio secundum Thomam.

S. Antonini Summula de Confessione, quam non cusam dicunt.

Raymundus Lullus.

Ludovici Patriarchæ Aquilegiensis Epistolæ quædam scriptæ anno 1428.

Joachimi Epistolæ, codex vetus.

Dialogi Luciani Græce in codice XIV. sæculi.

M. T. Ciceronis ad Quinctum fratrem, ad familiares, Tusculanæ, Academicæ quæstiones, de fato, orationes in variis codicibus.

Festus Pompeius, codex recens, *bis.*

Crispus Sallustius, Nonius Marcellus.

Justinus cum prologis ad libros Trogi Pompeii ab initio, qui prologi rarius occurrunt in codicibus Justini.

Lactantii commentarius in Statii Thebaïda.

Juvenalis Satyræ. In alio codice Persius cum Juvenale.

Martianus Capella.

Q. Asconius Pedianus.

Epistolæ Phalaridis & Bruti Latine.

Valerius Maximus, scriptus anno 1389.

Diarium scriptum Fratris Pauli (frà Paolo) manu. Ejusdem opus in Concilia.

Aspasii Orthographia.

Leonardus Justinianus, *Francisco* Philelpho liber Philologicus.

Leonardi Aretini, de primo Punico bello.

Chronicon ab initio mundi ad annum 1428. de rebus maxime Longobardicis & Venetianis.

Chronicon ad annum 1454. vulgari Italico idiomate. Alia item Chronica.

Uti dixi partem solum codicum Tarvisianorum vidi, nondum advectis reliquis: alii enim majore numero & pretio sunt. Unum libet commemorare, qualem accepi a clarissimo viro Apostolo Zeno Venetiarum ornamento. Est codex membranaceus scriptus anno circiter 1210. Anonymi scriptoris rerum Venetianarum; antiquiorem neminem gestorum suorum historicum norunt Venetiani. Agit is de Insulis in queis sitæ Venetiæ, quarum tam frequentes & tam jejunæ exstant notitiæ. Habet is historiam Patriarcharum Aquileiensium, Gradensium, Episc. Torcellensium & Venetianorum, necnon Summ. Pontificum, Imperatorum & Ducum, addita brevi narratione familiarum aliquot veterum Patritiarum, multum diversa ab iis quæ vulgo de iisdem familiis feruntur in Chronicis recentioribus. Animadvertit ipse D. Apostolus Zenus, Dandulum in historia, quam circiter annum 1350. scripsit, frequentissime istius scriptoris libro & monumentis usum. Cujus anonymi stylus subbarbarus & incomptus est, ac sæculi istius inelegantiam olet.

In eodem musæo Tarvisiano exstat historia Venetiana manuscripta Latine eleganterque exarata anno 1424. a *Laurentio de Monaco* Cancellario magno regni Cretensis, cujus pars solummodo cusa fuit. Isthæc omnia cum aliis bene multis haud dubie complectetur collectio quam parat idem vir doctus Apostolus Zenus, nobis amicissimus, hoc titulo: *Rerum Italicarum Scriptores.*

Sed nusquam puto exstare tot codices ad historiam Venetianam spectantes, quot in ædibus clarissimi viri Cornari Biscopia ad magnum canalem. Sed quorum pauci superant trecentos annos. Istic Oratorum Reipublicæ diaria bene multa, historiæ bellorum, & alia hujusmodi pene innumera.

Bibliotheca Procuratoris Justiniani Venetiis.

IN codice XI. sæculi, Psalmi & officia Græcorum.

Codex XI. sæculi, Catena in Pentateuchum, & in libros Josue, Judicum & Ruth, ex Diodoro, Theodoro, Theodoreto, Acacio Cæsariensi, Hippolyto Romano, Didymo, Philone Episcopo, Serapione Thmuitano, Basilio, Joanne Chrysostomo, Gregorio Nysseno, Cyrillo, Ephremo, Epiphanio, Gennadio Constantinopolitano, Origene.

Codex recens, interpretationes in Oseam & Habacuc.

Codex XIII. sæculi, Nicetæ catena in Job.

Codex recens, Anonymi commentaria in Prophetas.

Codex recens, commentaria Anonymi in Jonam, Nahum & Michæam.

Codex recens, commentaria in Hexaëmeron, & alia SS. PP. opuscula.

Codex XIV. sæc. Athanasii operum tomus primus, secundi tomi complectentis Apologias & historica opera ne unum codicem in Italia reperi, nam ii rarissimi sunt.

Codex bombycinus scriptus anno Christi 1346. ubi Michaëlis Pselli Synopsis Psalterii. Athanasii interpretatio in Psalterium, similis ei de qua in Bibliotheca S. Ambrosii Mediolan. dicemus, quæ non est magni illius Athanasii opus. Ejusdem in Cantica. Cyrilli lexicon & explicatio vocum Ebraïcarum.

Codex recens, Quæstiones Athanasii ad Antiochum, Maximi Margunii Cytherensis enchiridion & alia.

Codex X. sæculi, Homiliæ Basilii in Hesaïam.

Codex XI. sæculi, Gregorii Nazianzeni orationes quædam.

Codex XIV. sæculi, Quæstiones Gregorii Theologi, quæ Athanasii nomine tertio tomo a nobis ut spuriæ editæ sunt.

Codex X. sæculi mutilus, Homiliæ Chrysostomi in Genesim. Item alius ejusdem ætatis in Genesim.

Codex X. sæculi, Joannis Chrysostomi in Acta Apostolorum & alia.

Codex XI. sæc. ejusdem in Matthæum. Alius ejusdem in Matthæum recens.

Codex XI. sæc. ejusdem in Joannem. Ejusdem alius in Joannem paris ætatis. Ejusdem Homiliæ variæ in codice recenti.

Codex XIV. sæculi, Joannis Chrysostomi Homiliæ quædam.

Codex recens Gregorii Nysseni in Orationem Dominicam & alia variorum opuscula.

Codex recens, Cyrilli Hierosolym. opera, Nili Rhodii sermones & alia varia.

S. Cyrilli Alex. Epistolæ in codice recenti. In alio recenti ejusdem Thesaurus.

Homiliæ Cyrilli in Genesim.

Codex recens, Theodoretus in Danielem, Pselli quædam & alia opuscula.

Codex XIV. sæculi, Joannis Sinaïtæ quæstiones & aliorum Patrum opuscula.

Codex XV. sæc. Joannis Damasceni Canon, & aliqua Astronomiæ opuscula.

A Codex XIV. sæculi, ejusdem opera quædam.

Metaphrastis vitæ SS. codices bene multi, XI. sæculi, in singulis codicibus singuli menses continentur. Hi autem ibidem comparent, mensis Februarius, Maius, September, October, November, December; menses autem October & November in codicibus recentioribus, videlicet XIV. sæculi, extant.

In alio codice recenti vitæ Sanctorum quædam.

In codice alio recenti vitæ Sanctorum & homiliæ variorum Patrum.

In codice XIV. sæculi Anastasii & aliorum B multorum Patrum quæstiones & responsiones.

In codice XIV. sæculi, excerpta SS. Apostolorum & Patrum, & Chronicon Nicephori.

In codice recenti, Nicephori varia & aliorum SS. PP. excerpta.

In codice XV. sæculi, Augustini liber de gratia & libero arbitrio Græce versus.

In codice XIV. sæculi, vita S. Basilii Junioris & Canones quidam Conciliorum.

In codicibus duobus, recenti manu, homiliæ Theophanis Cerámei.

In codice recenti, Josephi Bryenii homiliæ.

In codice XIV. sæculi, dialogus Pyrrhi Constantinopolitani, & Maximi Abbatis.

C Dialogi Lazari cum divite; item justi, hypocritæ & veracis dialogus in codice recenti.

Codex Justiniani membranaceus XII. sæculi.

Codex scriptus anno mundi 6737. Christi 1229. ubi Theophylacti commentaria in Evangelia.

Officia Græcorum in duobus codicibus XIV. sæculi.

Joannis Xiphilini explicatio Evangeliorum per annum in codice recenti.

Matthæi Blastaris Canonum collectio in codice recenti.

Codex scriptus anno mundi 6626. Christi 1118. Georgii Oecumenici & Simeonis Ma- D gistri historiæ ab initio mundi. Hic postremus jam sub proelo sudat, a Cambefisio versus, cura viri docti Michaëlis Lequien Ordin. Prædicatorum.

Codex bombycinus XV. sæculi, Simeonis Magistri historia ab Adamo usque ad Imperium Michaëlis Ducæ filii Constantini. Anonymi historia Imperatorum Trapezuntinorum. Athanasii explicatio somniorum Iambico metro.

Pachymeris Philosophica in codice recenti.

Codex recens, historia Georgii Monachi ab Adamo ad Romanum Diogenem.

Marci Ephesini opera varia.

Pachomii de Saracenis & contra Latinos.

E Matthæi Quæstoris dialogi contra Latinos in codice recenti.

Xanthopulorum Ascetica quædam & historia. Joannis Monachi de puero Æthiope.

Bessarionis Cardinalis opus de unione Ecclesiæ Latinæ cum Græca.

Leonis Imperatoris opuscula & Theodori Studitæ διδασκαλία in codice recenti.

Codices homiliarum & opusculorum bene multi variæ ætatis.

Xenophontis ἀνάβασις in codice recenti.

Vita Alexandri Magni ab Anonymo: existimo eam esse quæ Callisthenis nomine variis in

Bibliothecis circumfertur. Estque ineleganter scripta & fabulis respersa.

Ptolemæi Astronomica in codice XIV. sæculi.

De aliis ejusdem Bibliothecæ codicibus duobus superius actum est: videlicet Timothei de hæresibus, & de Pseud-Athanasii commentario in Psalmos. Omnes porro memorati codices Græci sunt. Permultique alii Venetiis circumquaque sparsi occurrunt; cum enim e vicino posita Græcia sit, & multa ibidem loca Venetis pareant, hinc factum ut accisis Græcorum rebus multi codices istuc exportati fuerint.

Nicolai Canusii de restitutione Patriæ adversus M. Antonium Sabellicum.

Marii Franchischinii de conjuratione Baiamontis, Theupoli.

Antonii Belloni vitæ Patriarcharum Aquileiensium.

Petri Blesensis de testimoniis fidei.

Epistolæ Antonii Panceræ Patriarchæ Aquileiensis in codice membranaceo.

Romanorum Pontificum & Collegii Cardinalium quædam circa schisma Petri de Luna.

Imperatorum & Regum Franciæ de eodem argumento.

Intimatio Concilii Pisani, & ejusdem processus contra Petrum de Luna, & Angelum Corrarium, contendentes de Pontificatu.

Dynastarum Foro-Juliensium & aliorum circa Patriarchatum. In fine exstat carmen Joannis Episcopi Ostunensis in laudem Patriarchæ Antonii, & observatu digna quædam ex Epistolis Francisci Petrarchæ. Codex scriptus an. 1415.

Quinctii Æmiliani Cimbriaci carmina.

Concilium provinciale Raymundi a Turre Patriarchæ Aquileiensis, anno 1282.

Dell' origine delle investiture & de feudi della patria del Friuli di Daniello Fabrizio da Udine.

Descrizione dei passi del Friuli, di Jacopo Valvasone. Successi nella patria del Friuli sotto XIV. Patriarchi d'Aquileia del medesimo Valvasone.

Synodus B. Bertrandi Patriarchæ Aquileiensis.

Synodus Nicolai Patriarchæ Aquileiensis, anno 1357. Erat Nicolaus ille Bertrandi memorati successor.

Historia belli Foro-Juliensis tempore Philippi de Alenconio Patriarchæ Aquileiensis, auctore Joanne Aylino Notario.

Chronicon integrum Matthæi Palmerii.

Variæ Epistolæ & diplomata Patriarcharum Aquileiensium.



BIBLIOTHECA
SANCTÆ JUSTINÆ PATAVINÆ

CODEX membranaceus X. sæculi pulchre exaratus, Homiliæ S. Basilii in Psalmos, in cujus primis foliis hæc leguntur prima manu Θευδάτου τοῦ ἐνδοξοτάτου Πατρικίου καὶ στρατηγοῦ τοῦ ὀψικίου, id est: *Theudati præclarissimi Patricii Ducis Obsequii.* De Obsequii dignitatibus Cangius in Glossario mediæ & infimæ Græcitatis ad vocem ὀψίκιον. In sequenti pagina legitur, Πακουριανοῦ τοῦ ἐνδοξοτάτου Πατρικίου καὶ στρατηγοῦ τῆς Σάμου. *Pacuriani clarissimi Patricii & Ducis insulæ Samo.* In tertia pagina ἐγράφη ἐπὶ Βασιλέων Βασιλείου καὶ Κωνσταντίνου. *Scriptus est codex Basilio & Constantino Imperatoribus.* His autem imperantibus magna vis codicum exscripta fuit, in fine scilicet decimi, & initio XI. sæculi.

In alio codice membranaceo XII. sæculi, codex Theophylacti in Evangelia: in ejus fronte hæc quatuor carmina exstant.

Τῆς βασιλίσσης ἐννόημα Μαρίας,
ὁ δὲ τρυγήσας τοὺς μελιῤῥύτους λόγους,
Ψυχῆς ἀληθῶς ἔργον εὐγενεστάτης,
Θεοφύλακτος ποιμενάρχης Βουλγάρων.

Hoc est:

Imperatrix Maria hæc fieri curavit,
Qui autem hos mellifluos commentarios edidit,
Opus revera nobilissimi ingenii,
Theophylactus est Episcopus Bulgarorum.

Hæc Maria Augusta eadem videtur fuisse quæ supra p. 54. uxor scilicet Nicephori Botaniatæ Imperatoris. Ubi notandum, hæc carmina in alio codice Bibliothecæ Cæsareæ adferri a Petro Lambecio lib. 5. p. 47.

Quare hæc ætatis nota, cum ab aliis in alios codices transmearit, non valet ad asserendum tempus ac sæculum, quo liber exaratus est, secus de alio jamjam memorato codice, ubi ætas manuscripti, ex charactere conspicua, apprime consonat cum nota Basilii & Constantini Imperatorum qui X. & XI. sæculo diu regnavere.



BIBLIOTHECÆ PATAVINÆ.

SELECTA ex Bibliothecis Patavinis cura J. Philippi Thomasini cusis.
Libros in Decretales, Novellas, & Aristotelis interpretes transcurrimus & insigniora notamus.

In Bibliotheca Cathedralis Patav.

P. 1. Statuta Venetorum cum glossis.
Statuta Collegii Pratensis.
Dominici Episc. Brixiensis Oratio habita Romæ pro pace, anno 1468.
P. 5. Laur. de Vallis Practica Papiensis.
Prosperi Aquitani Opera.
P. 6. Leonardus Aretinus de primo bello Punico.
Quintus Curtius de gestis Alexandri Magni.
Onoxander de re militari.
M. Tullii Ciceronis Rhetorica & de Amicitia.
Claudianus.
Flavii Josephi Latine.
Historia Pii de Boëmicis.
Blondi Roma instaurata.
P. 7. S. Bernardi quædam.
S. Hieronymi Epistolæ.
Ptolemæi de Luca Hist. Ecclesiastica.
Rufini Hist. Ecclesiastica.
Jo. Ephesini ad Sororem Olympiadem.
Sedulii Presbyt. Epist.
Juvenci Hispani super 4. Evangelia.
Aratoris in Acta Apostolorum Carmine.
P. 8. Lactantius Firmianus de ira Dei, &c.
S. Augustini quædam.
Bernardini Senensis conciones.
Roberti Valturii libri XII.
Lucretius elegantissime scriptus.
Maximiani Poëtæ illustris opusculum.
Colucii Pierii Salutati de Fato.
Ovidii Metamorphoses.
M. Tull. Ciceronis Opera.
Petrus de Palude de Ecclesiastica potestate.

In Bibliotheca S. Joannis in Viridario.

P. 11. Hieremias de Montagnone summa commemorialis.
Prisciani de constructione.
P. 12. Acta Concilii Basiliensis.
Anselmi Cantuariensis quædam.
Conciliorum Ferrariensis & Florentini acta.
P. 13. Pii II. Summi Pont. Exemplum literarum Apostolicarum.
P. 14. Impugnatio Pragmaticæ Sanctionis.
Guillelmi Duranti de Reformatione Ecclesiæ.
P. 16. Pauli Orosii historia.
Suetonius de Grammaticis & rhetoribus.
Ecclesiastica historia.
P. 17. Josephus Latine.
M. Paulus Venetus de consuetudinibus Orientalium.
Leonardi Aretini brevis historia sui temporis.
Sicconis Polentonii Epitome vitarum scrip- A torum illustrium.
Valerius Maximus.
Macrobii Saturnalia.
Diodorus Siculus latine.
P. 18. Diogenes Laërtius latine.
Lucius Florus.
Eusebii Chronicon interprete Hieronymo continuatore Prospero.
Marcellini chronica.
S. Hippolyti quædam.
Xenophon latine.
Jo. Bocacius de claris mulieribus.
Lucius Florus.
B Cæsaris Epistolæ.
P. 19. Lucius Florus.
Rufus Sextus de gestis Populi Romani.
Eutropius de rebus Italicis.
Titus Livius eleganter scriptus.
Appianus Alex. latine.
Leonardi Aretini causæ belli Punici & descriptio Siciliæ.
Quintus Curtius.
Dictis Cretensis.
Justinus Historicus.
Pauli Diaconi historia.
* Beneventus de Imola in Valerium Maximum.
C Jo. Boccacius de casibus Virorum illustrium.
P. 20. Martini Poloni chronicon.
Valerius Maximus.
Sicci Polentoni liber exemplorum.
Blondi Forolivienfis Roma instaurata.
Benvenutus de Imola liber Augustalis.
M. T. Ciceronis quædam.
Plinius de viris illustribus.

Libri Græci.

Oribasii opera.
Aëtii opera.
Euripidis Tragœdiæ 4.
Suidas.
Herodoti pars.
D P. 21. Lexicon Græcum.
Etymologicon magnum.
Onomasticon dictionum Atticarum.
Pauli Æginetæ opera.
Homeri Ilias.
Etymologicon magnum.
Philostratus vitæ sophistarum.
Theophrasti characteres.
Homeri Ilias & Batrachomyomachia.
Hippocratis Aphorismi.
Theodori Gazæ Isagoge Grammaticæ.
Æliani hist. animalium.
Philostrati icones & Heroïca.
S. Basilii quædam.
E P. 22. Lycophronis Cassandra.
Aristophanis Plutus.
Plutarchi Moralia quædam.
Æsopi Fabulæ.
Agapeti Diaconi ad Justinianum.

Cod. Latini.

Pomponii Melæ Cosmographia.
Vibius Sequester de fluminibus.

Riccobaldus Ferrariensis Provinciarum orbis descriptio.
Palladius Rutilius Taurus Æmilianus de agricultura.
Collutii Pierii Salutati de fato & fortuna.
P. 23. Donatus Remigii. Expositio Remigii in Donatum.
Flavius Vegetius de disciplina militari.
Francisci Petrarchæ opera multa.
Poggii Florentini de varietate fortunæ.
Phalaridis Epistolæ latine versæ.
Boccacii Epistola.
P. 24. Francisci Petrarchæ opera.
Apuleius de Deo Socratis.
Arator Poëta de actibus Apostolorum.
Senecæ sententiæ.
Lucanus cum glossis.
Dantis paradisus.
Juvenalis.
Ovidii Metamorphoses.
Bernardi Silvestri opera.
P. 25. Virgilii Georgica.
Alani Anticlaudianus.
Sedulius cum glossis.
Statius Papinius.
Martialis.
Lucanus.
Virgilius.
Servius in Virgilium.
Aratoris Epistolæ.
Plautus.
P. 26. Senecæ Tragoediæ.
Plautus.
Statii Thebaïdos.
Ciceronis opera.
Apuleius.
Trismegistus de divinatione.
Testamentum duodecim Patriarcharum.
Plinii Epistolæ.
Boncompagni Rhetorica.
S. Augustini quædam.
P. 27. Martiani Capellæ opera.
Priscianus de constructione, &c.
Jo. Tortelii Aretini opera.
Varro de lingua Latina.
Donati Grammatica.
Lactantius Firmianus.
P. 28. Sextus Pompeius
Servius Grammaticus.
Berengarii Imperatoris gesta carmine.
Pompeius Festus.
P. 29. Libri Biblici.
S. Gregorii Papæ quædam.
S. Ambrosii Hexameron.
P. 30. Jo. Chrysostomi opera latine.
S. Augustini multa.
Plinii II. Epistolæ.
S. Bernardi multa.
Isidori junioris etymologicon.
P. 31. Eusebii chronicon.
Lactantii Firmiani quædam.
Cassiodori quædam.
Eusebius de præparatione Evangelica.
Terentius.
Guillelmi Parisiensis de fide.
P. 32. Lactantii Firmiani opera.
S. Bonaventuræ quædam.
Scoti opera.
Isidorus de Grammatica.
P. 35. Galeni quædam.

A Avertois quædam.
Alberti Magni quædam.
P. 36. Aristotelis interpretes.
P. 37. Occami quæstiones.
Themistius de anima.
P. 38. S. Augustini quædam.
M. T. Ciceronis.
Ægidii Romani.
P. 39. S. Hieronymi Epistolæ.
Isidorus de summo bono.
Nonius Marcellus elegantissime scriptus.
P. 140. Vibius Sequester de Fluminibus, lacubus, nemoribus, &c.
Ovidius de Fastis.
B Nonius Marcellus.
Proculus de causis.
Ricardi de S. Victore quædam.

Biblotheca Cœnobii S. Justinæ.

P. 42. Statuta Patavinæ urbis.
P. 44. S. Basilii Homiliæ Græce.
Gregorii Naz. sermones Græce.
Moschopuli Grammatica & erotemata.
Philostratus de Sophistis.
Julius Pollux.
Terentius egregie scriptus.
Sallustius de conjuratione Catilinæ.
De Monasterio S. Justinæ plurima.
P. 45. Plinii Panegyricus.
C Annales rerum gestarum Marcæ Tarvisinæ deque familiis illustribus Patavinis.
S. Leonis sermones.
Rufini hist. Ecclesiastica.
Jo. Boccacius de montibus, silvis, &c.
P. 46. S. Bernardi opera.
S. Gregorii Dialogi.
S. Ambrosii opera.
S. Augustini quædam.
P. 47. S. Augustini opera.
S. Hieronymi opera plurima.
S. Gregorii opera.

Ex Biblioth. S. Mariæ Pratalea Patavinæ.

D P. 48. Hieronymi opera quædam.
Origenes in Paulum.
S. Gregorii Papæ quædam.
P. 49. Lucanus cum glossis.
Donatus Grammaticus.
Chronicon Pontificum.

Ex Bibliotheca S. Augustini Patavini.

P. 51. Cronica di Padoua di Pietro Fiorentino.
Inscriptiones Patavinæ per Joan. Bapt. Lignamineum.

Ex Bibliotheca S. Antonii Paduana.

P. 53. M. T. Cicero de officiis.
E Nonius Marcellus.
Priscianus de accentu.
Sallustius.
Horatii Poëtica.
Ovidius de arte amandi.
Statii Thebaïdos.
Eusebii Cremonensis Epist. ad Damasum Portuensem.
Lucanus cum glossis.
Valerius Maximus.
P. 54. Pauli Orosii historia.
M. T. Ciceronis quædam.
P. 57. S. Hieronymi opera.
S. Thomæ opera.

S. Bonaventuræ quædam.
P. 58. Seneca Tragicus.
Seneca Philosophus.
P. 59. S. Anselmi quædam.
S. Augustini opera quædam.
P. 60. S. Bonaventuræ quædam.
P. 64. Libri Biblici.

Ex Biblioth. S. Francisci Patavina.

P. 65. Statius.
P. 66. Donatus Grammaticus.
Varro de lingua latina.
Priscianus.
Juvenalis.
Persius.
Ovidii Epistolæ.
Cicero de officiis.
Valerius Maximus.
Pomponius Mela.
Bernardinus de Senis.
P. 67. S. Gregorii Papæ quædam.
S. Augustini quædam.
S. Heronymi Epist.

Ex Biblioth. Fratrum S. Ursulæ Patavii.

P. 70. Chronicon Dalmatiæ & Salodiæ per Martinum de Sebenico.
Gesta Regum Croatiæ & Dalmatiæ a Marco Mauro.

Ex Bibliotheca PP. Eremitarum Patavina.

P. 71. S. Augustini opera.
P. 72. S. Thomæ summa & alia opera.
P. 73. S. Hieronymi Epistolæ.
Isidorus in novum & vetus Testam.
P. 74. Libri Biblici.
S. Cypriani quædam.
P. 75. Hieronymi Epistolæ.
P. 76. Ovidii opera.
Virgilii opera.
Hieronymi Seripandi itinerarium.
Rufini historia Ecclesiastica.
Historia Tripartita ab Epiphanio cum prologo Cassiodori.
Isidori Etymologicum.
P. 78. Nonius Marcellus de proprietate sermonis.
P. 79. Constantinus Africanus de febribus.

Ex Biblioth. S. Mariæ Montis Ortoni.

P. 80. Ciceronis opera.
Solinus.
Valerius Maximus.
Florus.
Glossarium vetus.
Terentius.

Ex Biblioth. Theatinorum Patavii.

P. 82. Pindari Olympia Græce.
Procli Theologia Græce.

Ex Musæo Benedicti Silvatici Patavini.

P. 84. De Conciliis quædam.

Ex Musæo Laurentii Pignorii Patavini.

P. 85. Titi Livii prima Decas.
Horatii Carmina charactere Langobard.
Ovidii Metamorphoses.
Virgilii opera & vita.
Ciceronis Topica cum comment. Boëtii.

A Boëtius de consolatione Philosophiæ.
Vitruvius.
Pomponius Mela.
Asconii Pediani fragmenta.
Valerii Flacci quædam.
Apicii Coëlii Epimeles.
Prudentii Diptychon.
Commodianus.
Notitia urbium variarum.
P. 86. Joannis de Ravenna opera.
Petri de Vineis Epistolæ.
Guarini Veronensis quædam.
Andreæ Navageri carmina.
Capitula mineralium.
B Vita Senecæ auctore Petrarcha.
Historiæ latinæ scriptores cum censura Caroli Sigonii.
In Persium & Juvenalem comm.
Inscriptiones antiquæ urbis & agri Brixiæ.
Pomponii Læti autographum in Quintilianum, Martialem, &c.
Statii Thebaïdos.
Matthæi Palmerii chronica.
Provinciale Romanorum.
Ciceronis opera duobus tomis.
Glossarium Græcum.
Homeri Batrachomyomachia Gr.
Orphei hymni Græce.
C Aristotelis Rhetorica.
Origine de Longobardi.
Croniche della cita di Parma.
Cronicha di Este.
Cronica di frate Martino.
P. 87. Guido Panciroli inventioni antiche e moderne.
Compendio delle navigationi de Ramusio.
Thesoreto di Brunetto Latini.

Ex Biblioth. Flavii Quarengi Patav.

Dantis Alighierii opera.
Chronicon septem ætatum.
Virgilii Æneis.
D Ciceronis Epistolæ.
Claudianus.
Titi Livii quædam.

Ex Bibliotheca Candorum Patavina.

P. 88. Cassiodori Epistolæ.
P. 89. Horatii Odæ.
Boëtii Arithmetica.

Ex Bibliotheca Zabarella.

P. 90. Zabarellarum complurium opera multa.
P. 91. M. T. Ciceronis opera.
Apuleius de Asino aureo.
E Probæ Falconiæ Virgilii Centones.
Æmilius Probus de Viris illustribus.
Sibyllæ Erythreæ Babylonicæ prophetia.
Dantis Comœdia.
Macri Poëtæ carmina.
Terentii Comœdiæ.
Petri Pauli Vergerii de ingenuis moribus.
Isidori de verbis latinis.
Julius Solinus.
M. T. Ciceronis Rhetoricorum libri.
Plauti Comœdiæ.
Lucanus.
S. Zenonis de pœnitentia, &c.
P. 92. Claudianus de raptu Proserpinæ.

Fr. Petrarchæ quædam.
S. Prosperi carmina.
Hist. Florentina anonymi scripta anno 1456.
Chrysoloræ institutiones Grammaticæ.
Chroniques de Venise & des familles Venitiennes.
P. 93. Codices de historia, de familiis & de aliis rebus Patavinis.
Chronicon de gestis Eccelini.
Hippolyti Angellarii de Antiquitate urbis Attestinæ.
Albertini Mussati historia.
Ingulphi de Comitibus de Patavinæ, Urbis rectoribus.
Joannes de Ravenna de Familia Carrariensium.
De Zabarella familia.
P. 94. Solimanus de Solimanis de XXIV. familiis Patavinis.

Ex Bibliotheca Corradina Patavii.

Aristophanes Græce cum glossis.
Apollonius Alexandrinus Grammaticus, Græce.
De Sibyllis.
Justini historia.
Ciceronis Epistolæ ad familiares.
Joachimi Abbatis canon.
P. 95. Chronica de Carraresi.
Historiæ Marchiæ Tarvisinæ.
Epistola Eusebii Cremonensis ad Damasum Portuensem.

Ex Museo Hippolyti Oddi Patavini.

P. 96. Æmilii Campolongi de morbo Gallico.

In ædibus M. Antonii Gabrielii Patavini.

P. 97. 98. 99. 100. Petri Pomponatii Mantuani opera.

In Museo Marci Mantuæ Benavidii.

P. 102. Libri de jure civili multi.
Poëmatum Etruscorum Petrarchæ index.
P. 103. Ciceronis quædam.
In Terentium Commentarii, in Virgilium, in Horatium.
Inscriptiones antiquæ.
Dioscoridis liber 1. Græce.

Ex Museo Hieronymi Gualdi Patavini.

P. 104. Statuta urbis Venetæ.
Francisci Philelphi de ortu & incremento disciplinarum.
Leonardi Justiniani ad Philelphum.
M. Accii Plauti Comœdiæ.
Historia di Vicenza di Emilio Gualdo

Ex libris Joan. Francisci Barisoni Patavini.

P. 105. Statuta Patavina antiqua & nova.
Cardinalis Commendoni de Curia Romana.
M. T. Ciceronis Epistolæ ad Familiares in Museo Joan. Galvani.

P. 106. *In Museo Caroli Avantii.*

Chronicon rerum Venetarum usque ad annum 1444.
Pauli Vergerii de Carrariensium familia.

A Historia Ecclesiastica idiomate Etrusco.

Apud Marcum Bolzaninum.

Francisci Carrariensis res gestæ.
Historia Scaligerorum.

Apud Bernardinum Plazzolam.

La vera Cronica della cita di Padua.

Museum Nicolai Trivisani.

P. 107. Statii Poëmata.
Juvenalis cum variis lectionibus.
Catullus & Tibullus.
Valerius Flaccus.
B Sextus Rufus.
M. T. Ciceronis orationes.
P. 108. M. T. Ciceronis libri plurimi.
Borcardi Teutonici descriptio terræ Sanctæ.
Raimundus Lullus de Peste.
Dante.
T. Livii Historia.
P. 109. Pomponii Melæ Cosmographia.
Apulei Platonici Cosmographia.
M. T. Ciceronis quædam.
Donatus in Terentium.
Martialis.
Lucanus.
Sallustius.
C Ovidius de arte amandi.
De Familiis Venetis & earum insignibus.
Petri Bembi Epistolæ autographæ.
P. 110. Raimundi Lullii experimentorum liber.
Lampridii Prælectiones in Ajacem.
Alcabitii introductio in judicia astrorum.
Albumasar de cogitationibus cordis.
P. 111. De quadratura Circuli, incerti.
P. 112. Profatius Judæus de quadrante.
P. 113. Raimundi Lullii Lamentatio Philosophiæ.
De lapide Philosophico.
De articulis fidei Chymiæ.
P. 114. Libri medicorum.
D Aristotelis opera quædam Græce.
Orphei Argonautica Græce.
Arati Phænomena Græce.
Joan. Chrysostomi in Epist. ad Corinthios Græce.
Dionysius Halicarnasseus Græce.
Proclus in Elementa Euclidis Græce.
Theocriti Bucolica Græce.
P. 115. Euclides Græce.
Athanasii quædam Græce.
Basilius in Hexaëmeron Græce.
Arrianus in Epictetum Græce.
Euripides cum scholiis Græce.
Æschylus cum glossis Græce.
E Nicomachi Pythagorei Arithmeticæ Isagogæ Græce.
Claudii Ptolemæi Harmonica Græce.
Aristides Quintilianus de Musica Græce.
Manuelis Bryennii Harmonica Græce.
Anthemii Paradoxa mechanica Græce.
Pappi Alexandrini Synagoge Græce.
Porphyrius in Musicam Ptolemæi Græce.
Joannis Pediasimi Geometria Græce.
Heronis Geodesia, Græce.
Heronis Spiritalia, Græce.
Aristarchus de magnitudine Solis & Lunæ, Græce.

Diophantis

Diophantis Alexandrini arithmetica, Græce. A
Apollonii Conica, Græce.

Ex Museo Bartholomæi Sanguinati.

Fereti de Fereto Vicentini historia.

Ex Museo Bonifacii Papafavæ.

P. 116. De Familia Carrariensium eorumque Privilegiis.
P. 117. Historia Carrariensium a multis adornata.

Ex Museolo Alexandri de Este.

Juvenalis & Persius, in membrana.
P. 118. Chronicon Venetum Sermone Italico antiquo. B
Index Potestatum & Consulum Civitatis Paduæ.

Ex Museo Ursati de Ursatis.

Gattari historia rerum Patavinarum.
Joan. Basilius de Familiis Patavinis.
Annales Jacobi Bruni.
Anonymus de bellis Italicis ab anno 1482. ad annum 1534.
P. 119. De familiis Venetorum & Ducibus.
Dantis Poëmata cum iconibus.

Ex Museo Francisci Ursati.

Libri Medicorum. C

P. 120. *Ex Museo Manfredi de Comitibus.*

Albertini Musati de bello Italico.
Guillelmi Ongarelli historia Patavina.
Gerardus de Vita Eccelini.
Chronicon Cattari ab anno 1266. ad annum 1358.

Ex Museo Joan. Francisci Musati.

Albertini Musati Hist. sui temporis apud D. Tysum.
P. 121. Chronicon de rebus gestis ab Eccelino Italice. D

Apud Joan. Paulum Tarvisium.

Chronicon Patavinum & Chronicon Venetum.

Apud Alexandrum Syncliticum.

Procli astrolabium Græce.

Apud Camillum de Merzariis.

Annales Veneti ab anno 703. ad annum 1384.

Apud Attilium Bulgelium.

P. 122. Chronicon Venetum. E
Alterum Chronicon Venetum cum familiis Venetis.

Apud Hieronymum de Sancta Sophia.

Historia a creatione mundi ad ann. 1300.
Tibullus.
Propertius.
Raimundi Lullii ars brevis generalis.
Dante & Petrarcha.

Apud Albertum Zuchatum.

Severus Minervius de Origine urbis Spoletinæ.

P. 123. *Plusieurs histoires de Venise.*

Apud Joan. Bapt. Fichetum.

Historia Euganeæ ab Anselmo....
Altre Historie di Padoua, &c.
Bessarionis Cardinalis orationes.
P. 124. Jacobi Boni Annales.
Multa ad Historiam Patavinam, & Pagina sequenti.

P. 125. *Apud Jacobum Caimun.*

Medicinæ libri.

P. 126. *Ex Museo Philippi Thomasini.*

Medicinæ libri.
P. 127. Alphonsi Regis res gestæ auctore Barzizio.
Francisci Petrarchæ vita auctore Leonardo Aretino e Paulo Vergerio.
Attilæ Regis Hunnorum vita a Juventio Celio Callano Dalmata.
P. 128. Dioscorides a Gaspare Gabrielio Latine versus.
P. 129. Aretæus Cappadox de diuturnis & acutis morbis.
Benedicti Jovii Novocomensis Veterum Monumentorum Comensium Collectaneæ.
Theodori Gazæ Grammatica Græca.
P. 130. Lactantii Firmiani de justitia Dei.
Bartholomæi Zacchi Hist. Patavina.
P. 131. Libri Medicorum.
P. 132. Concessio Othonis III. Imp. Episcopo Vicentino de Comitatu Vicentino.
P. 133. Suetonius Tranquillus.
Terentii Comœdiæ.
Theocritus cum scholiis Græce.
Gabrielis Naudei Bibliographia.
P. 134. De familia Carrariensi plurima.

Ex Libris Joannis Rhodii.

P. 136. Ausonius.
Aristophanis Comœdiæ.
Prosper Aquitanicus.
Apollonii Tyanei Epistola Græce.
137. Julii Cæsaris Commentaria.
Ciceronis quædam.
Catullus.
Chronicon incerti.
P. 138. Cornelii Celsi de re Medica.
Dioscorides Græce.
Euripidis Tragœdia una.
Fenestella de Romanis Magistratibus.
Julii Frontini Stratagemata.
P. 139. Hieronymi Epistolæ.
Horatii Odæ.
Harpocration.
Hippocratis aphorismi.
Lactantius.
Libanii declamationes Grece.
Lycophron cum scholiis.
Titus Livius.
Raimundi Lullii opera.
P. 140. Oribasius.
P. 141. Seneca.
Senecæ Tragœdiæ.
Sallustius.
Statius.
Terentius.
Virgilius.

Valerius Maximus.
Vegetius de re militari.
Chronica della citta di Parma.

IN VERONA ILLUSTRATA V. CL. D. Scipionis Maffei, parte tertia pag. 242.

In Museo Joannis Saibanta.

1. Liber quatuor Evangeliorum Græce majusculis & rotundis caracteribus ad usum Ecclesiæ, anno mundi 6800. Christi 1292. Ut enim dixi in Palæographia Græca p. 321. Characteres unciales qui pro cæteris libris in fine noni sæculi desiisse videntur, pro libris Ecclesiæ & Choro deputatis diu postea adhibiti sunt. Scriptus est vero codex a Theodoro Monacho Hagiopetræ.
2. Joann. Chrysostomi in Epist. 1. ad Corinthios. Gr. codex scriptus a Dionysio Monacho, anno mundi 5489.
3. 4. Ejusdem Homiliæ in Genesim.
5. In Evang. Joannis.
6. Et in Epistolas Pauli pene omnes.
7. Homiliæ variæ Joann. Chrysostomi.
8. Eclogæ ex operibus Chrysostomi.
9. Ejus Epistolæ.
10. Athanasii opera omnia.
11. 12. 13. Variorum Homiliæ.
14. Gregorii Naz. Homiliæ cum commentario Nicetæ.
15. Psalterium.
16. Theodoretus in Psalmos.
17. Ejusdem quæstiones in Scripturam sacram.
18. Bibliotheca Photii.
19. Nomocanon Photii.
20 Blastaris collectio Canonum.
21. Triodon.
22. Theotocarion.
23. Typicum, &c.
29. Joan. Damasceni quædam.
31. Joan. Climacus.
32. Apologia Concilii Florentini.
33. Gelasius Cyzicenus de Concilio Nicæno.
35. 36. 37. Aristotelis opera.
38. Simplicii.
39. Euclides.
40. Pappi Alexandrini collectiones cum figuris.
41. Ptolemæi Canones.
42. Porphyrius in Ptolemæi harmonica.
43. Ptolemæi Tetrabiblos.
44. Sopater.
46. Apollonii Argonautica.
47. Oppiani Halieutica.
48. Ex Sophocle & Pindaro quædam.
49. 50. Euripides.
51. Lycophron.
52. 53. Moschopuli Grammatica.
54. 55. Grammaticæ.
56. Dioscorides.
57. Actuarius.
58. Maximus Tyrius.
59. Arrianus in Epictetum.
60. Glycæ Chronicon.
61. 62. Constantinus Imp. de re Nautica.
63. Hesiodus.
64. Zenobii Proverbia.
65. Philostrati Imagines.
66. Callimachus.
67. Theognis.
68. Orphei Argonautica.
70. Synesius de Somniis, &c.

Manuscritti Capitolari di Verona.

S. Hilarii quædam.
S. Hieronymi opera plurima & Epistolæ
104. De causa Acacii collectio.
S. Augustini de Civitate Dei & alia ejusdem opera.
S. Gregorii quædam.
S. Clementis Recognitiones.
Sulpitii Severi quædam.
Facundi Hermianensis libri XII.
S. Isidori de summo bono.
Ex Conciliis Ephesino & Chalcedonensi multa.
Crescentii Africani collectiones Canonum.
Summarium Canonum.
Formosi Papæ defensio.
Alcuini quædam.
Breviarium Mozarabicum.
Et alii libri ad usum Ecclesiæ.

Museum V. Cl. Scipionis Maffei Veronensis. Italico vulgari Idiomate ab ipso concinnatum.

Diverse prime Stampe specialmente Greche. Le poche primieramente che furono fatte in majusculo. Il Salterio, Milano 1481. con versionLatina di Giovanni Piacentino eMonaco, fatta a parola per parola. Un Lessico in Vicenza del 1483. L'Omero di Fiorenza. D'Aldo, Esiodo, Teocrito, Aristofane con gli Scoliasti, Galeno in gran foglio, e più altri anteriormente al 1500. In Ebraico con grandi e belle lettere e punti, il Pentateuco col Targum, e i commentari di Rasi stampato a Bologna in carta pecora l'anno 5242. che dà il 1482. anterior però alle stampe di Soncino, e ad ogn'altra Ebraica finora nota. Alcuni de' libri stampati sotto il Principe Bassarabba in Bucoresti di Valachia, e tra questi la sacra Scrittura in gran foglio, con bella carta d'Italia, in lingua e carattere Illirico, o sia Ruteno, o Serviano, com'altri il chiamano.

Alquanti manuscritti. Prima tra' Greci, commentari sopra i Salmi, da' quali fu tratto già un frammento di Nestorio nella lettera sopra alcuni frammenti pretesi di Sant' Ireneo. Carta che si conosce tagliata già da codice in carattere majuscolo, contenente un' esposizione di Cirillo Alessandrino sopra i Salmi, qual exposizione sarebbe non solamente inedita, ma finora incognita, e innominata.

Copie due della interpretazione de' Salmi di Niceforo Blemmida, inedita.

Omelie 33. di Leon Sapiente delle quali 18. inedite.

Omilie di Siphilino sopra gli Evangeli delle Domeniche di tutto l'anno: manca il principio, inedite.

Asclepio sopra la Metafisica d'Aristotele, secondo la mente d'Ammonio; inedito.

David filosofo sopra Aristotele, e sopra Porfirio; inedito.

Tattica del Porfirogenito intera, avendo-

la il Meursio data fuori dimezata.

Epistole di moderni Greci: una di Margunio ne publicammo.

Catalogo d'amplissima libreria Greca, che mostra non esser piu antico di dugent'anni, e pure molte opere registra al presente perdute, e di non poche delle quali notizia non abbiamo alcuna.

Tra i Latini gran raccolta di Sentenze fatta nel secolo del 1300. Donde molte notizie si traggono per gli antichi Scrittori, e nella quale molti de' Sentenziosi versi di Publio Siro si leggono non piu veduti, & così alcuni distici di Marziale.

Racolte d'antiche Iscrizioni di Feliciano, e di Fra Giocondo.

Liber Albaldi de Minutiis, si trova in altri codici: *Demetrii Alabaldi de notis ponderum & mensurarum. Verona illustrata parte III.*

Sermoni ed Epistole di Raterio, tra le quali piu cose non ancor publicate. Vita di S. Zenone, edita da non poco fa.

Summa, cioe Grammatica, *Magistri Joannis a Pigna.*

Epistole de Venerabil Paolo Maffei, detto in libro stampato nel 1521. a Venezia, il Beato Paolo da Verona. Dialogi di Timoteo.

Opere del Calderino, delle quali si e parlato negli Scrittori.

Ars Rithmorum (sic) *vulgarium* di Antonio da Tempo.

Arte delli Ritmi volgari di Gidino da Sommacampagna.

Trattati delle gemme e delle pietre di Leonardo da Pesaro, e d'altri. Nel medesimo Trattati di Leon Battista Alberti della pittura.

Versione antica d'alcune Orazioni di Cicerone; e Concioni molte ed Epistole del 1300.

Sermoni di San Bernardino da Siena, raccolti della sua voce.

Opera in terza rima di Giacopo d'Albizotto da Firenze, sopra Venezia, scritta nel 1465.

Studio Genealogico di Francesco del Bene sopra le famiglie di Verona.

Elogi, o sia vite d'uomini illustri specialmente Veronesi di Francesco Pola.

Municipalia decreta: cioe utilissima raccolta, e compendio delle parti del consiglio di Verona dal 1405. al 1627. fatta da Bartolomeo Monselia.

Libro di Marc' Antonio Marcello degli stanti pendenti dalla santa Sede.

Poesie, e Prose varie volgari, e Latine, cominciando dal 1300. Cronica del Corna in ottava Rima. Scritture molte Istoriche, Politiche, e d'altro argomento.

Tesoro di Brunetto Latini in antico Francese, com'ei lo scrisse: foglio in membrana con miniature. Questo raro codice fu gia trasmesso a Firenze a richiesta dell'incomparabile e per dottrina, e per bonta di cuore, e candidezza di costumi Anton Maria Salvini, il quale, se non veniva interrotto d'all'ultima, e lunga malattia, voleva farlo stampare con sue note; che molto utili sarebbero riuscite nel fatto della lingua Toscana, confrontando la traduzione antica di Buono Giamboni, citata spesso dal vocabolario della Crusca. Tanto apparisce per una lettera del medesimo Salvini, che sta ora nel codice.

Alquanti rotoli de' tempi Longobardi scritti in corsivo antico. Un esemplare della Bolla del Concilio Fiorentino Latina, e Greca, con la Soscrizione in Cinabro dell'Imperador Giovanni Paleologo, & dopo lui di trentadue Vescovi Greci. Altro simil esemplare se ne conserva con somma gelozia a Firenze, ed altro si sa trovarsene nella Biblioteca del Re di Francia. Quello che si custodisce nel publico Archivio di Bologna non ha le Soscrizioni Greche.

